

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

**De Tempore Celebratæ A Servatore Ultimæ Coenæ Paschalis, Qua Difficultates Contra Sententiam Priori  
Dissertatione Adstructam, Quod Integro Die Plerorumque Judæorum Pachales Epulas Præcesserit,  
Moveri Solitæ Diluuntur, Pars ...**

**Dissertationis Posterioris Pars I. :**

Bremæ: Typis Viduae B. Herm. Christ. Jani, [1739]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn877026734>

Band (Druck)

Freier  Zugang





408

a. B.

48. b. 8.

21.

Fa-1092(21.)

2.  
25.  
3.  
24.  
4.  
23.  
5.  
22.  
28.  
6.  
21.  
2.  
20.  
8.  
30.  
9.  
31.  
10.  
15.  
14.  
13.



2.  
25.  
3.  
24.  
4.  
23.  
5. 21.  
28.  
6. 21.  
2.  
7. 20.  
1. 30.  
8.  
9.  
31.  
10.  
15.  
14.  
13.



DISSERTATIONIS  
THEOLOGICO-PHILOLOGICÆ POSTERIORIS,  
DE

**TEMPORE CELEBRA-  
TÆ A SERVATORE ULTIMÆ  
COENÆ PASCHALIS,**

QUA  
**DIFFICULTATES**  
CONTRA SENTENTIAM PRIORI DISSERTA-  
TIONE ADSTRUCTAM,

QUOD

INTEGRÖ DIE PLERORUMQUE JUDÆORUM PASCHA-  
LES EPULAS PRÆCESSERIT,  
MOVERI SOLITÆ,  
DILUUNTUR,

**PARS I.**

PLACIDÆ DISQUISITIONI

*AD DIEM VENERIS XII. JUNII MDCCXXXIX.*

PROPOSITA,

PRÆSIDE

**CONRADO IKENIO**

SS. THEOL. DOCT. ET PROF. P. O.

NEC NON AD ÆD. St. STEPHANI PAST. PRIMAR.

&

RESPONDENTE

**JOHANNE GERHARDO ERMANIO**

Elbrinxia Lippiaco, S. S. Theol. Cult. L. H. Q. S.

B R E M Æ,

Typis Viduæ B. Herm. Christ. Jani, quondam Illustr. Gymn. Typogr.

V I R I S,

Nobilissimis, Consultissimis, Amplissimis, Experientissimo,  
Spectatissimis, Prudentissimis,

Dn. Casparo Meyero, u. J. D. Advocato, maximè inclyto, & Spectabili Seniorum Collegio à Consiliis.

Dn. Casparo à Rheden, u. J. D. ejusdémque Facultatis, ut & Moralium in Illustri Bremenium Gymnasio quondam Professori longè Celeberrimo, nunc verò Amplissimi Senatus Bremensis Membro meritissimo, Prætori Urbano dexterimo, Ærariique Publici Præfecto Dignissimo.

Dn. Ludolpho Henrico Runge, Med. Doct. ejusdémque Facult. ut & Philosoph. Professori Clarissimo, & Reipubl. Bremensis Physico Seniori, Cognato omni submissione ætatem Devenérando.

Dn. Johanni Coch, J. U. D. Amplissimi Senatus hujus Reipublicæ Membro Dignissimo & Ærarii publici Præfecto Vigilantissimo, Gravissimo.

Dn. Georgio Löning, Senatori Amplissimo, Magnario inter paucos Felicissimo, Florentissimo.

Dn. Dionysio Schombart, Amplissimi Ordinis Senatorii Membro honoratissimo, Magnario itidem præcipui nominis.

Dn. Johanni Oelrichs, Mercatori honestissimo, & ad Ædem D. Martini Diacono Fidelissimo.

Mecænatibus, Patronis, Præceptoris, Fautoribus, omni veneratione, pietate & observantiâ, dum Spiritus hos regit artus, prosequendis

*In magnorum multorumque in se collatorum beneficiorum  
memoriam banc Dissertationem sacram facit*

RESPONDENS.



## THESES.

1. Negare Theologiam Naturalem est omnia veræ Religionis principia tollere.
2. Sententia de Animarum origine per traducem est αφιλόσοφος.
3. Licet Deus semper agat sapientissimè, non tamen necessarium est, ut id semper eligat, quod in se optimum est.
4. Sed potius, quod fini, quem intendit maximè est conveniens.
5. Christum circa solsticium hybernum natum esse circumstantiis non convenit.
6. Loca Marci cap. XV. 25. & Joh. XIX. 14. sibi non contradicunt.
7. O' Αεχιερεύς, à quo primum Servatoris examen institutum est Joh. XVIII. 19. non Cajaphas, sed Annas fuit, quâ ratione difficultas ex comm. 13, & 24. nata, optimè tollitur.

8. Ve-

8. Verissimus est Canon hermeneuticus:  
Verba Sacræ Scripturæ significant,  
quicquid significare possunt.
9. Prophetas propriè dicto oleo unctos fuisse  
negamus.
10. Male statuitur omnes minutias typorum  
fuisse typicalas.
11. Peccatum in Spiritum Sanctum non solis  
Iudeis tempore Christi privum fuit,  
sed & etiamnum committi potest.
12. Necessitas satisfactionis hypothetica mi-  
nime sufficit,





DISSERTATIONIS  
THEOLOGICO-PHILOLOGICÆ  
POSTERIORIS,

DE

TEMPORE CELEBRATÆ A SERVATORE  
ULTIMÆ COENÆ PASCHALIS,

DIFFICULTATES CONTRA HANC SENTENTIAM  
MOVERI SOLITÆ, DILUUNTUR.

PARS I.  
PROOEMIUM.

**D**iutius tibi, Benevole Lector, alteram hanc Nobilitissimi maximæque hactenus controversi argumenti, de die quo Servator Pascha Savarijus comedit, partem debeo, quæ vel ipse cogitasse. Verum tam varia partim, tamque diversi generis impedimenta, divina Providentia interea temporis mihi obvenire fecit, partim quoque alii, qui intercesserunt labores, ita me occupatum tenuerunt, ut non nisi seriùs ad redordiendam hanc telam reverti potuerim. Quo igitur tandem fidem semel datam liberem, Posteriorem tibi cum maximè sisto Dissertationem, quæ ut sub finem Prioris pollicitus sum, omnes scrupulos, contra sententiam à nobis adstructam moveri solitos, ita eximere conabor, ut nihil maneat reliquum, quod te cum ratione morari queat, quæ minus mecum in eandem sententiam concedas. Quod ut eò felicius procedat, primùm omnes difficultates candidè non

A

solum

Dissertatio-  
nitis bujus  
summa  
stopus.

solum proponam, sed & omni nisu quantum potero urgebo, tum verò quæ ad illas reponi solent, ita promam, ut rejectis quæ examen sustinere nequeunt, ea propius adstruam & in clariori luce ponam, quæ rem æquâ judicij lance ponderanti satisfacere possunt, aut ubi talia hactenus allata non sunt, eorum loco, quæ mihi inter cogitandum subnata, substituam, quò eò magis perspicias, me hic nihil causæ, quam defendo, dedisse, sed veritati unicè litasse.

## CAP. I.

### §. I.

*Argumen-  
tum contra  
nostram  
sententiam  
I. à tempo-  
re festi.*

**N**on sine ratione Viros eruditioне claros diversam ab illâ, quam adstruximus sententiam, foviſſe, alios autem litem sub judice reliquisse, nec quicquam certi determinare ausos fuisse, ex argumentorum pro contraria sententiâ militantium & difficultatum quibus nostra premitur momento, facilè elucescat. Quorum præcipua huc redeunt; quod Lex ipsa maſtationi & comedioni agni Paschalis certum terminum statuit, maſtationi nempe diem XIV. mensis Nisan inter duas vespertas, comedioni autem noctem inſequentem quæ secundum Judæorum computum initium diei XV. conſtituebat. Sic Exod. XII. com. 6. זורה לכהן. Et erit vobis (agnus Paschalalis) in custodiā usque ad DIEM XIV. hujus mensis, maſtabitique illum omnis cœtus Isrælis inter duas vespertas — ו comedent carnem nocte hac affatam igne, ו cum azymis super (herbis) amaris comedent illam. conf. Lev. XXIII. 5. Imò Deus ipse de omni illo qui Pascha non obtulisset *בموעדי in tempore suo*, neque tamen impuritate aut itineris longinquitate impeditus fuisse, pronunciaverat, eum exscindendum ex populo suo peccatumque suum laturum esse. Num. IX. 13. Unde & Judæi tam Rabbanitæ quām Karræi in hoc tempore (nisi quod phrasin *בין העربים* variè explicit) consentiunt,

sentiunt, ejusque observationem inter CCXLVIII præcepta affirmativa numerant. Sic Maimonid, in Sepher Mizvoth p. 61. col. 1. מצוה נה" שצונו לשחוט שהפסח ביוון ארבעה עשר בניסן בין הרביבות וממי שעובר על צו זה ולא יקריבתו במנת קרבן קרבת בין איש בין אשה: Præceptum LV quod nobis præcepit, est ut MACTEMUS AGNUM PASCHALEM DIE XIV NISAN inter duas vespertas, ¶ quisquis transgressus fuerit præceptum hoc, neque obtulerit illum tempore suo, reus est excidii, sive Vir sit sive fœmina. Et paulò post: מצוה נה" היא שצונו לאכל כבש הפסח בליל חמיש' עשר מניסן: Præceptum LVI est, quod præcepit nobis COMEDERE AGNUM PASCHALEM NÖCTE XV NISAN. Ita quoque in hilch. Korban Pesach. cap. I. §. 1. מצות עשרה לשחוט הפסח ביום ניסן: אחר חצורת: Præceptum affirmativum est MACTARE PASCHA DIE XIV NISAN, post meridiem. Et cap. VIII. §. 1. אכילה בשר הפסח בלילו טו' מצול עשה: COMESTIO CARNIS PASCHATIS NOCTE DIEI XV præceptum affirmativum est. conf. & hilch. Chametz Umatza cap. VII. §. 1. & 5. & cap. VIII. §. 1. vid. quoque Sepher Mitzvoth Gadol Præcept. Affirm. 223. & Hotting. Jus Hebræor. p. 17. De Karricis autem v. R. Eliam in Adder. Eliahu de Pasch. cap. I. Quis igitur credat Servatorem, qui venerat sub Legem Mosis Gal IV. 4. non ut eam solveret, sed ut impleret Matth V. 17. à clarissimâ Legis literâ sine ullâ necessitate, aut idoneâ, quantum nobis quidem perspicere licet, causâ, recedere voluisse?

## §. II.

Præcipue hoc novum pondus accipit, si cogitemus id sine gravissimâ Judæorum, externæ Legis literæ mordicùs inhærentium offensione, fieri non potuisse. Cùm enim nihil majori ἀκριβειας observarent, quam dies & menses & tempora (festa) & annos (conf. Gal. IV. 10.) quid est quo gravius irritari, mentes eorum à Doctrinâ Christi magis abalienari, aut speciosiores ansæ Servatorem criminis violatae Legis postulandi, illis subministrari potuissent? quam si diem ipsâ Lege statutum, & ab omnibus Judæis sine ullâ exceptione

Arg. II. à  
Judæorum  
offensione  
Servatori  
metuenda.

ptione aut dispensatione observandum, negligere festique solemnia in aliud transferre sustinuisse. Quis insuper a se impetrare poterit, ut credat, æquissimum Servatorem, qui in aliis, ad quæ ne obstrictus quidem erat, tantum populi ingenio concedebat, ne quo pacto eum offenderet, doctrinæque suæ obicem ipse poneret, Matth. XVII. 25—27. qui suos tam serio monuit, ne etiam minimo scandalum præberent, illaque qui id facere auderet Væ intonavit, Matth. XVIII. 6. 7. hic ultrò populum manifestâ Legis violatione laceſſere, & contra Doctrinam suam tam grave præjudicium formare voluisse. Aut quis concipere potest Iudeos id, si factum omnino fuisset, ipsi non summo vito versuros, cùmque sequenti statim die omnia conquererent, ut eum violatæ Legis Mosaicæ reum peragerent, non hanc præcipue litem ipsi intentatuos fuisse? cuius tamen altum in universâ historiâ Evangelicâ silentium est. conf. quæ hanc in rem disputat Reland. Antiq. P. IV. cap. III. §. 9.

## §. III.

*Arg. III.  
a loco ma-  
gandi agni  
etc.*

Verum quid opus est, ulteriori demonstratione cum si quis vel maximè omnibus his spretis, alio quam Lege determinato, & ab ipso populo observato die, Pascha mactare voluisse, planè tamen id ipsi *εδύνατο* fuisset. Quod ut pateat observandum, mactationem agni Paschalis non ubiunque locorum, nec in privatis ædibus, sed unicè in atrio templi peragi potuisse & debuisse. **לא תוכל לזכות** את הפסח לאחר שעריך אשר יהוה אלהיך נתן לך: כי אם אל המקוּם אשר יבחר יהוה לשכן שמו שם זכות את הפסח. Non poteris mactare Pascha in ullâ portarum tuarum, quas Jehovah Deus tuus tibi dat: Sed ad locum quem eliget Jehovah ut (illuc) habitare faciat nomen suum, ibi mactabis Pascha, dicitur Deut. XVI. §. 6. Atque hoc Judæi omnes tam Karræi quam Rabbanitæ uno ore testantur. De Karræis insigne testimoniū attulit Cudworthus libro de vera notione Cœnæ Domini cap. II. §. X. ר' שהרכבת הפסח הוא במקומו המוכחר בכתוב לא תוכל לזכות את הפסח באתה שעריך ומקומו שהיתנו

שׁוֹרְטוּ בְעֹרָה וְשִׁבְכַת רָמוֹ אֶל־וּסְורַ הַמּוֹבֵחַ  
*Scito, quod oblatio Paschatis fieri debuerit in loco (à Deo) electo, quemadmodum scriptum est (Deut. XVI. 6.) non poteris mactare Pascha in aliquā portarum tuarum, sed locus mactationis ejus est in atrio, & effusio janguinis ejus est ad basin altaris. Rabbanitarum autem mentem breviter ita proponit Maimonid. hilch. Korb. Pesach.*

אין שותין את הפסח אלא בעורה בשאר הקירושי'. אף בשעת חתר הכבות לא היו מקריבין את הפסח בכבות יחד וכל הקרים את הפסח בכבות יחד לוקה שנאמר לא

*Non mactant Pascha nisi in atrio, ut reliqua Sancta: etiam tempore quo excelsa adhuc licita erant, non obtulerunt Pascha in ullo excelsō privato: & quisquis offert Pascha in excelsō privato. vapulat, quemadmodum dictum est, (Deut. XVI. 5.) NON POTERIS &c. Quem in finem Magistri seiscunt, Israëlitas caturvatim in atrium cum agnis intromissos esse. v. Pesachim cap. V. m. 5. & Maim. hilch. Korb. Pesach. cap. I. §. 9. Et licet mactatio perageretur ab ipsis Israëlitis, ut præter Philionem Lib. de vit. Mosis, docent in Sev. III. m. 1. & Pesachim c. V. m. 6. vid. ad utrumque locum Barten. exceptio tamen sanguinis ejusdemque adspersio, seu ut h̄ic locum habebat, effusio ad basin altaris, ut in omnibus sacrificiis, ita & in his agnis non nisi à Sacerdotibus fieri poterat. v. Maimon. kele hammikd. c. IV. §. 1. & Maafe hakkorb. cap. V. §. 1. & Pesach. atque Sevach. locc. citt. & ibid. Barten. Quo pacto igitur ulli, quisquis etiam ille esset, permisum fuisset, alieno tempore Pascha suum publicè in templo mactare? aut quā ratione Sacerdotes induci potuissent, imò vel ipsimet ausi fuissent, illegitimo tempore contra disertam Legis literam, & totius gentis institutum, sanguinem ejus excipere & altaris basi affundere? Optimè hoc argumentum urget, Cel. Hottingerus in not. ad Godwin. Mos. & Ahar. Lib. III. cap. VII. §. 26. scribens: *Præterea, probè notandum agnum Paschalem, quem à Christo comedestum ajunt Evangelistæ, in atrium adducendum, tanquam victimam Paschalem mactandum, sanguinem à Sacerdote excipiendum, spargendum, quadam in ardù comburenda fuisse. Quis nunc cogitare audet, Sacerdotes victimam**

mam quæ non fixo à Synedrio tempore mattatur , recepisse , præ-  
fertim ab ejus discipulis , cuius doctrinam & vitam tantopere impro-  
bârunt . conf. & Reland. loco cit.

## §. IV.

**Argumen-**  
m IV. ex  
Latth.  
CXXVII.  
5.

Tribus his argumentis ex uno fonte manantibus , quar-  
tum à nonnullis additur , ex illis Evangelistarum locis peti-  
tum , quibus dies , quo Servator à Pilato condemnatus &  
in crucem actus est , ἐορτὴ festum appellatur , Matth. XXVII.  
15. κατὰ δὲ ἐορτὴν ἐισθεὶς ὁ ἥγεμων ἀπολύειν ἔνε τῷ ὄχλῳ δίσμιον , ὃν  
ηθελον . i. e. ut reddunt , in festo solebat Procurator dimittere po-  
pulo unum captivum , quem volebat . conf. Marc. XV. 6. &  
Luc. XXIII. 17. Cùm autem hic sermo esse nequeat de festo  
à Servatore solo cum discipulis (cujus sanè rationem Pilatus  
habere non potuit) sed ab universo populo celebrato , non  
videtur dies hic festi nomine insigniri potuisse , si Judæi de-  
mum instantे nocte Pascha comedere debuissent , sic enim  
ex communi inter Judæos loquendi more , dies sequens il-  
lis demum primus festi Paschatis fuisset . Breviter sed ner-  
voso satis Cel. Hottingerus argumentum hoc proponit l. c.  
Erat enim ἐορτὴ dies festus Matth. XXVII. 15. Si Christus antici-  
pavit , festum existisse nullā dici potest ratione . Quod eo majus  
robur habere videtur quia Pilatus apud Johannem dicit :  
*Est vobis consuetudo , ut unum vobis dimittam ἐν τῷ πάσχε* IN  
PASCHATE , v. Bynæus de morte J. C. Lib. I. cap. I. §.  
XXI.

## §. V.

**Argumen-**  
tum V. ex  
Matth.  
XXVI.  
2. 17.  
Luc.  
XXII.  
II. 12.

Non longè hinc abit quintò , quòd Servator biduo  
ante Pascha , dicebat discipulis Matth. XXVI. 2. Nostis post  
duos dies fore τὸ πάσχε . Ubi Servator loqui videtur in  
& genere , de festo tempore , tanquam omnibus satis noto ,  
non sibi peculiari , de quo ceteroquin discipuli prius pleniū  
erudiendi fuissent . Quemadmodum & Discipuli primo azy-  
morum die , dicuntur Servatorem iaterrogasse , ubi sibi Pascha  
parari velit . ib. com. 17. Quod cùm nullo Servatoris man-  
dato sed ultrò ac suā sponte rogaverint , inde non sine qua-  
dam

dam specie colligunt Viri Docti, qui contrariam ab eâ quam adstruximus sententiam tuerintur, eos non de re aliquâ novâ cogitasse, sed ritum patrium & gentis exemplum spectasse, eodémque adeò die illud rogasse, quo apud Judæos fuit solemnne Paschatis celebrandi tempus, neque illum diem respectu Judæorum primum azymorum ullâ ratione dici potuisse, nisi illi eodem Pascha suum quoque mactaturi fuissent: Imò hoc denuò confirmari, quando Servator discipulos statim ablegat πρὸς τὸν δεῖνα, ut quærant, in quo cœnaculo Pascha comedere debeat, prædicens simul eum ipsis stratum cœnaculum ostensurum, Luc. XXII. 11, 12. quæ satis prodant hominem illum novisse, secundū Legem & consuetudinem gentis, Pascha omnibus Judæis fuisse eadem vesperâ mactandum, eūmque in finem cœnaculum stratum habuisse. vid, præter Celeb. Hotting, Bynæus loc. cit. §. XX.

## §. VI.

Parum hinc differt sextō, quod Luc. XXII. 7. dicitur, *venit ἡ ἡμέρα τῶν ἀζύμων ἐν ᾧ ἔδει θυσθαι τὸ πάσχα dies pānum fermentatorum quo Pascha mactari oportebat.* Hoc autem ipso die Servatorem Pascha suum mactasse, coll. Matth. XXVI. 17. & Marc. XIV. 12. atque adeò eodem, quo & à reliquis Judæis idem fieri solebat & debuit. vidd. Bynæus, Reland. & Hotting, locc. citt.

*Argumentum VI.  
ex Luc.  
XXII. 7.*

## §. VII.

Proposui argumenta aliter sentientium, eo quo potui candore, neque quicquam omisi, quo aliquid ponderis iisdem accedere posse perspiciebam. Operæ pretium jam erit, ut quid ad illa reponi possit & debeat inquiramus. Cùm autem omnia ad duas classes referri queant, dum tria priora circa quæstionem juris versantur, ut evincatur Servatorem non potuisse alio quām lege statuto, & à reliquis Judæis observato tempore, Pascha mactare & comedere, reliqua circa quæstionem facti, ut ostendatur ipsum actu quoque se hac in parte aliis conformasse, eodémque

*Argumentum  
partitio.*

cum

cum illis tempore sacrum hoc solemne celebrasse, utriusque classi, peculiaris pertractatio destinata erit.

## CAP. II.

### §. I.

I. Respon-  
sio illorum  
qui vel  
Christum  
nullum Pa-  
scba, vel  
saltē  
commemo-  
rativum  
celebrasse  
volunt.

**A**d tria priora itaque argumenta quod attinet, non nulli eorum pondere vieti, Christum Paschalem cœnam celebrasse planè negant, illamque cujus Evangelistæ passim mentionem injiciunt, non Paschalem sed vulgarem fuisse censem, in quâ Christus loco Paschatis V. T. spirituale N. T. in Sacra Cœnâ instituerit. Hujus sententiae Patroni inter Veteres Ecclesiæ Græcæ Doctores laudantur Cedrenus, Petrus Alexandrinus, & Metrodorus, inter recentiores autem M. Antoninus de Dominis, Hieronymius Vecchieti, qui in carcere cui ob hanc aliásque peculiares sententias, pro illorum temporum rigore, mancipatus erat, mori, quam palinodiam canere maluit, Nic. Toinardus, Pernh. Lamius, Augustinus Calmetus, Clar. Oederus, Celeb. Zeltnerus, Summè Vener. Deylingius, & qui peculiari Demonstratione Hermeneuticâ, ut vocat, eandem Lipsiæ 1733. adstruere conatus est, Gottlob: Frid. Gudius, apud quem & Deylingium atque Bynæum, reliquos citatos invenies. Nec multum hinc abit, eruditio prodigium Illustr. Hugo Grotius, qui illum sequitur Hammondus, nisi quod existimet Christum non Pascha θύσιον cruentum, sed μυηματικὸν commemorativum, celebrasse, seu cœnam, non Paschalem quidem, sed in memoriam tamen Paschatis, id est non mactato agno, sed panibus azymis & lactucis agrestibus instructam, egisse, qualis etiamnum inter Judæos, quibus extra Canaanem nullum sacrificium, atque adeò nec Paschalem agnum mactare fas est, annuatim in hoc festo observari solet.

### §. II.

Eorundem  
refutatio

Verum, ut à posteriori ordiamur, talis Paschatis commemorativi ante destructum templum, nullum in universa

versa antiquitate vestigium occurrit, nec Deus aliud quām Pascha & qui-schā θύσια instituit, nec Christum, qui venerat sub Legem, non ut dem eam solveret, sed impleret, ut jam ex Gal. IV. 4. & Matth. V. vi sum qui Pascha decuisset à clarissimā Legis literā recedere, nec per Judæos literā Legis invigilantes, id ipsi integrum fuisset. Contra autem <sup>μυημονευ-</sup> <sup>τικόν</sup> <sup>ur-</sup> Marcus disertè narrat XIV. 12. Καὶ τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ τῶν ἁγίων, gent. ὅτι τὸ πάσχα ἐθνος, λέγουσιν αὐτῷ ὡς Μαθηταὶ αὐτοῦ. Παῦλος δὲ λέγει, ἐποιησόμενοι ἡμεῖς Φάγος τὸ πάσχα. Et primo die Azymorum, quo mandabant Pascha, dicunt ipso Discipuli ejus: Ubi vis præparemus tibi Pascha. Ubi cūm Evangelista conjungat mactationem Paschatis & quæstionem discipulorum, ubi Servator velit Pascha comedendum sibi præparari, imò rationem hujus quæstionis in eo collocet, quod dies esset quo Pascha mactandum, manifestum est ipsum non de Paschate commémorativo, sed <sup>Ιησοῦ</sup> Ε̄ verē immolato agere. Tandem neque ipsā illā explicatione, difficultatibus, quas hac ratione tollere volunt fit satis, si enim omnino Pascha <sup>μυημονευτικὸν</sup> loco <sup>Ιησοῦ</sup> legitimè mactari potuisset, non alio tamen, quām Lege statuto die, id fieri debuisse, quemadmodum etiamnum Judæi idem summo rigore observant, illisque non minus semet deridendum propinaret, qui cœnam Paschalem commémorativam, quām qui veram, licet anticipari potuisse, aut hodienum posse contendere. Ut adeò si Servatori non licuisset esum agni ipsis anticipare, idem de cœnâ commémorativâ judicium ferri debeat. conf. quæ ad hujus sententiæ refutationem præter Bynæum §. XXV. attulit Harduinus in Opp. Select. p. 373, seqq. & Joh. Englertus in Paschate J. C. ultimo p. 5.

28.

29.

30.

31.

## §. III.

Non iisdem quidem, sed tamen haud levioribus in- illorum commodis premitur altera sententia, quæ Cœnam à Ser- qui Christi vatore celebratam tantum pro vulgari habet. Adeò enim cœnam Paschalem sa- aperte disertissima Evangelistarum verba illi contrariantur, iffe negant, ut sine summâ vi & σφεβλωσει in hunc sensum detorqueri ne- queant.

i. Observarunt dudum Viri Docti non solum Chri-  
stum

B

sum iussisse discipulos Pascha præparare, sed & discipulos hu-  
 ie mandato morem gesisse, & Pascha præparasse. Matth. XXVI.  
 18, 19. & Marc. XIV. 13, 16. Ad priorem difficultatem re-  
 spondent quidem: Servatorem iussisse omnino præparationem,  
 sed cum ante legitimum comeditionis tempus captus, damnatus &  
 necatus fuerit, impeditum, quod minus bac vice Pascha celebrave-  
 rit. Interim vel in eo Patris sui mandato satisfacere annisum fuisse,  
 ut cum reliquis Iudeis ad instans festum se præpararet. Ad alteram,  
 quod præparatio hæc Paschatis non ipsam agni Paschalis mactationem  
 & assationem innuat, sed talia quæ mactationem præcesserint, qua-  
 lia sint, expurgatio conclave, positio mensarum, paratio panum a-  
 zymorum, ordinatio lectorum accubitoriorum pro numero conviva-  
 rum, emptio agni, &c. r. &. Discipulos igitur eatenus agnum Pa-  
 schalem præparasse, quatenus ipsis per illum diem licuit. vid. Gudii  
 Demonstr. Hermen. §. 14. num. 2. & 3. Verum quemad-  
 modum hac ratione eandem phrasin in eodem negotio di-  
 versissimo sensu explicando, cause suæ desperationem satis  
 produnt, ita nihil utroque quod reponunt, dici potest fri-  
 gidius. Ad prius enim quod attinet, cum Servatori tem-  
 pus passionum minime ignotum esset, ejusque diem ante  
 designaverit. v. Matth. XXVI. 1, 2. quid fuisse hæc nisi  
 theatralis pompa, jubere, ut discipuli Pascha pararent, sé-  
 que una cum illis ad ejus comeditionem præparare, quod  
 tamen perspectum habebat, minimè à se comedendum es-  
 se? imprimis cum Servator non nudè parari illud voluerit,  
 sed ut id comedederet. Marc. XIV. 14. Luc. XXII. 8. Novum  
 hæc pondus accipere intelliget, qui attendet præparatio-  
 nem hanc, si Servator sequenti die jam in vinculis esset, fru-  
 stra fore. si verò extra vincula maneret, non solum postri-  
 die adhuc fieri potuisse, sed & ex more gentis potius faci-  
 endam fuisse. Quænam igitur ratio dari aut cogitari po-  
 test, quare Servator integro die citius, quam necesse aut  
 moris erat, præparationem ad Pascha, nunquam à se come-  
 dendum fieri juberet? Ad alterum autem quod spectat,  
 id ita comparatum est, ut ejusdem causæ infirmitatem ul-  
 trò arguat. N enim hæc explicatio genio & sensui phrase-

os

ος ἐτομάζειν τὸ πάχα, quā toties in hoc negotio utuntur Evangelistæ, plānē repugnat. Scilicet vox πάχατος præter propriam quæ Hebræo ΠΟΣ transitum denotanti competit, duas tam apud Iudeos, quām scriptores N. T. significaciones habet, dum vel festum vel agnum in festo hoc solemnī ritu mactari solitum, innuit. Prior huc planē non quadrat: præterquam enim, quod inaudita phrasis esset, ἐτομάζειν ἐστὶν preparare festum, pro preparare quæ ad festum rite ce ebrandum faciunt, non de festo ipso, sed de eo quod comedendum erat, agno scil. agitur. Matth. XXVI. 17. conf. & Marc. XIV. 12. Quod si igitur per Pascha, hīc agnus Paschalis intelligi debeat, quo pacto quæso phrasis ἐτομάζειν τὸ πάχα non mactationem ipsāmque affationem agni, sed talia quæ mactationem præcesserunt, qualia sunt expurgatio conclavis, positio mensarum, paratio panum azymorum, ordinatio lectorum accubitoriorum pro numero convivarum &c. innuet? Sane verbum ἐτομάζειν sāpe cum hominibus animalium, vitulorum, agnorum &c. conjungitur, verū tum semper actionem denotat, quæ circa ipsum animal, vitulum aut agnum ejusque præparationem in cibum versatur, per mactationem, excoriationem, mundationem, coctionem, affationem &c. Quod adeò notum est, ut probatio nullā indigeat. Quis autem unquam vel fando audivit, sive in Ebræa sive aliâ quacunque lingâ, expurationem conelavis, ubi convivium aliquod celebrandum, in quo præter alia vitulus aut agnus apponendus & comedendus, positionem mensarum, quibus cibi imponendi, parationem panis, quo in eodem convivio utendum, ordinationem lectorum accubitoriorum, seu uti nunc ejus loco obtinet, collocationem sellarum pro numero convivarum, quis inquam vel fando unquam audivit, hæc appellari ἐτομάζειν μόχον οὐδὲν præparare vitulum aut agnum? Quisquāmne ita unquam locutus est? aut quisquāmne cui sanum sinciput est, ita loqueretur? aut si id omnino faceret, à quoquam intellegeretur? Quod si forte emptio, aut quocunque modo facta acquisitio agni, hīc quodammodo in censum venire queat,

B 2

28.

29.

30.

31.

queat, difficulter tamen credo aliquis idoneis exemplis ostendet, illam solam, exclusâ ipsâ præparatione in cibum phrasî hac indicari. Imò si vel maximè id fieri posset, nihil tamen hîc juvaret, quia à Disertè satis testantur Evangelistæ præparationem talem indigitari, quæ in ipsâ maëstacione animalis & ulteriori paratione in cibum consistebat. Ita enim asserit Lucas XXII. 7, 8. Venerat autem dies azymorum, quo oportebat Pascha matari. Et misit Petrum & Iohannem, dicens, Proficiscentes PRÆPARATE nobis Pascha UT EDAMUS & mox com. II. cum ablegasset Servator discipulos suos ad hospitem illum Hierosolymitanum, dicere illi jubet: Ubi est divisorium, ubi Pascha cum discipulis meis COMEDAM? Similque subjungit: Et ipse vobis ostendet cœnaculum magnum lapidibus stratum, ἐκεῖ ἐτομέσθαι illuc parate. conf. Marc. XIV. 14. seq. Ita quoque l.c. Matth. XXVI. 17. Discipuli interrogant Servatorem non solum ποῦ θέλεις ἐτομέσθαι τὸ πάχα ubi vis ut præparemus tibi Pascha, sed, ubi vis ut præparemus tibi φάγειν COMEDERE vel ἵνα φάγης τὸ πάχα, ut COMEDAS Pascha, quemadmodum adhuc clarius Marcus XIV. 12. eorum mentem explicat. Ex quibus omnibus sole meridiano clarius patescit, præparationem talem intelligi, quâ ipse agnus in cibum paradoxus erat, ut comedî posset. Quod si igitur phrasis hæc ea ratione toties in hoc negotio sumitur, & non solum Discipuli hoc sensu Servatorem interrogârunt, ubi sibi Pascha parari velit, sed & Servator eâ mente jussit, ut Discipuli illud præpararent (quemadmodum ipsi sententiae contrariae Patroni, ut modo audivimus, concedunt) quid ineptius est, quam mox in eodem orationis nexu, quando Discipuli dieuntur illud præparasse, verba planè alio sensu, scil. non de ipsâ præparatione in cibum, sed de iis quæ maëstacionem præcedunt, expurgatione conclavis, positione mensarum, paratione panum Azymorum, ordinatione lectorum aut in specie deemptione agni accipere? Sanè si ita liceat in explicatione Scripturæ versari, & in sequentibus phrasin planè alio sensu quam in antecedentibus sumere, quidvis jam ex

••• 13 •••

ex quovis elicere, omniāque in omnes formas convertere licebit. Quod eò magis manifestum est, quia Matthæus l. c. com. 29. disertè ait: *Et fecerunt Discipuli UT PRÆCEPIT IPSIS JESUS; ET PRÆPARARUNT PASCHA.* Si enim præparantes Pascha fecerunt, ut JESUS ipsis præceperat, utique per iactationem affationem &c. illum, uti Servatoris mens fuerat, in cibum parare debuerunt.

2. Verùm quid multis? cùm satis clarè constet Servatorem verè cum Discipulis Paschalem agnum comedisse.

Quod N ipse Orationis nexus & narrationis series sati ostendunt, postquam enim Evangelistæ dixissent, discipulos Servatorem interrogasse, ubi vellet sibi parari Pascha, eundēmque ipsis locum designasse, tum verò discipulos facientes uti Jesus jussérat illud præparasse, subjungunt tandem, cùm verò vespera advenisset accubuit Jesus cum discipulis, & cùm comederent dixit, &c. uti Matthæus XXVI. 20. vel uti Marcus XIV. 17, 18. Et cùm vespera advenisset, venit Jesus cum duodecim. Cùmque accubuissent, & comederent dixit Jesus. Quis igitur quæso, nisi ultrò continuatum sermonis filum turbare, aut abrumpere velit, verba hæc aliter accipere potest, quām Servatorem cœnam illam celebrasse, de cuius præparatione ipsis sententiam exploraverant, quāmque modo Evangelistæ narraverant, discipulos, Servatoris jussu, actu præparasse?

Clarius id ex narratione Lucæ ipsiusque Servatoris verbis elucescit, postquam enim eadem de præparatione cum reliquis Evangelistis præmonuerat, addit comm. 14, 15. *Et cùm advenisset hora, accubuit, & duodecim Apostoli cum ipso.* Et dixit illis, desiderio desideravi τὸ πάσχα Φαγεῖν μεδίσμα HOC PASCHA COMEDERE VOBISCU M, antequam paterer. Quid quæso magis evidens esse potest, quām Servatorem hīc Pascha cum discipulis comedisse, seu Paschalem cœnam celebrasse? cùm tam disertè de COMESTIONE PASCHATIS, imo δειπνικῶς HUJUS PASCHATIS loquatur, quod scilicet comm. 13. Lucas dixerat, discipulos præparasse.

B 3

His

28.

29.

30.

31.

His omnibus adhuc addi potest, omnes ritus & verba, quæ Servator in hac cœnâ & sub finem ejus adhibuit, cum plerisque ejusdem circumstantiis à Paschali cœnâ esse desumpta, quo pertinet *assumptio panis, benedictio, fractio, distributio, ἐμβαμμα* cui Judas offulam intingebat, verba hoc est *corpus meum*, quæ partim desumpta à phrasî de Paschali agno adhiberi solita גוף של פסח corpus Paschatis, partim à formulâ circa panem in epulis Paschalibus usitata: **הא לחמא רעניא דרכלו אבחתנא רמצירא:** *bic est panis afflictionis, quem comedérunt Patres nostri in terra Ægypti, sic & *assumptio poculi* cum *benedictione, cantus hymni* cœnâ finitâ, & quæ id genus sunt plura. Quæ omnia simul juncta non invulgari, sed Paschali tantum cœnâ locum habebant. vid. Buxtorft. Dissert. de cœnâ Domini, ut & Lightf. H. H. ad Matth. XXVI. 20. seqq.*

## §. IV.

*II Respon-  
sio illorum  
qui Chri-  
stum & Ju-  
daeos di-  
verso e-  
jusdem di-  
ei tempore  
Pascha  
comedisse  
volunt.*

Hinc igitur plerique agnoscunt epulas has verè Paschales fuisse, sed dum in eo convenient, ad tollendas difficultates, supra à nobis motas, diversissimas vias ingrediuntur. Nonnulli enim ut Joh. Hoornbekius in Diff. de Cœna Vet. & Lud. Ferrandus JCTus Gallus in Animadvers. in Relig. Christian. eodem quidem die naturali, sed non eodem diei tempore, utrosque Pascha comedisse contendunt. **בן הערבי** contendunt. Quem in finem per spatum inter duas vesperas, quo Lex mactari paschalem agnum jubet, totum spatum νυχθήμερον seu XXIV. horarum intelligunt, à vesperâ nempe unde Judæi initium diei numerant usque ad vesperam, atque ita Servatorem quidem sub initium hujus spatii, seu vesperâ quæ initium diei XIV. Nisan faciebat, Judæos autem sub ejusdem finem, Paschales epulas celebrasse volunt. A quibus non longè abit Joh Englertus in Paschate Jesu Christi ultimo, Sect. II. nisi quod tempus inter duas vespertas tantum de ista diei parte intelligat, quâ Sol ad occasum vergebat, ac crepusculum ingruebat, tum verò Judæos æquè ac Servatorem existimet sub initium diei

diei quarti decimi Pascha suum mactasse, præparasse atque *Quæ etiam refutatur,*  
 comedisse. Verum uti posterior hæc sententia multis in-  
 commodis premitur, ita imprimis omnibus illis refellitur,  
 quibus Dissertatione Priori evicimus, plurimos Judæos in-  
 integro die serius, Pascha suum comedisse, quæm id à Serva-  
 tore factum est. Quod ad priorem autem attinet, abundè  
 eam jam refutavit Witsius Meletem, Leidens. Dissert. XI.  
 tempus inter duas vespertas nunquam integrum spatium  
*νυχθιμερον* denotare docens, sed potius partem aliquam di-  
 ei pomeridianam, secundum Num. XXVIII. 4. circa hoc  
 autem tempus diei XIV. Pascha mactatum, & sub initium  
 diei XV. ipsâ vesperâ, aut ingruente nocte, quæ diem  
 XV. incipiebat, comedestum esse. Quæ uti tam solidè evi-  
 cit, ut illis inhærrere minimè opus habeamus, ita id unicum  
 addimus, quod sine dubio horum temporum determina-  
 tionem rectius discere nequeamus, quæm ab ipsis Judæis,  
 qui tot retrò seculis, festum Paschatis quotannis celebrâ-  
 runt, & in hunc diem usque celebrant, nullaque in re rigi-  
 diores sunt, quæm in externis circumstantiis. Hi autem in  
 his omnibus, quod scil. tempus inter duas vespertas tem-  
 pus pomeridianum sit die ad vesperam inclinante (licet  
 Karræi id aliquantò serius constituant Rabbanitis, vid. Ce-  
 leb. Meyerum de festis Hebr. P. II. cap. XII. §. XXXII.)  
 quodque agnus paschalis hoc tempore, sub finem diei  
 XIV. mactandus, & vesperâ seu nocte sequenti, quæ  
 initium diei XV. faciebat, comedendus fuerit, ita ad  
 unum omnes consentiunt, ut qui diceret, tempus in-  
 ter duas vespertas denotare integrum spatium XXIV.  
 horarum, tum quoque Pascha die XIV. mactari æquè  
 ac comedi, & à quibusdam quidem sub initium, ab ali-  
 is sub finem ejus potuisse, næ is se illis non minus splen-  
 didè deridendum propinaret, quæm si quis nobis persuade-  
 re vellet, Christianos diem Dominicum à tempore pome-  
 ridiano diei Jovis usque ad pomeridianum diei Veneris ce-  
 lebrasse, & quosdam eorum solemnes conventus sub tem-  
 poris hujus initium die Jovis, alios sub ejus finem die Ve-  
 neris

28.

29.

30.

31.

neris celebrasse. Cujus rei experimentum, in quocunque Judæo, sibi fortè obvio, ubi lubet, capere poterit. Sententiam Guil. Whistoni in Harm. IV. Evangelistarum p. 188. seqq. quâ Christum quidem cum Judæorum vulgo sollemne hoc sacrum celebrasse pronunciat, dum Synedrium cum paucis quibusdam Judæis illud ad horam quartam matutinam proximam prorogarit, non moramur, quia præterquam, quod ad tollendas quas movimus difficultates nihil faciat, & per ea quæ Dissert. I. demonstravimus ultrò corrut, etiam constantissimæ Judæorum doctrinæ, ac consuetudini adversâ fronte repugnat.

## §. V.

*III. Re-* Allii itaque Servatorem, ut Legis Dominum, ob i-  
*sponso,* stans Passionis tempus, Pascha integro die anticipasse vo-  
*qua Chri-* lunt, ita ut die jam XIII. illud mactaverit, & XIV. ineun-  
*ftus Pascha* uno die ante comederit, cùm reliqui Judæi id secundum præscriptum  
*ticipave-* Legis, non nisi sub finem XIV. mactarent, & sub initium  
*rit, qua &* XV. comederent. Cui sententiæ præter multos Patrum,  
*ipsa refel-* hodierna Ecclesia Græca eò lubentius subscribit, quò gra-  
*litur,* vius se in eâ argumentum, pro usu Panis fermentati in Sa-  
crâ Cœnâ, invenire existimat, cùm hac ratione & Serva-  
tor sine dubio panem fermentatum adhibuerit, fermentum  
enim omne cum fermentato pane, non nisi XIV. demum die  
abolebatur. vid. Maimon. hilch. korb. Pesach. cap. I. & II.  
Verum uti hoc posterius est δουλευειν τῇ ὑποθέσει, ita ipsa  
sententia per omnia à nobis supra cap. I. allata argumenta  
ultrò evertitur. conf. Frischmuthus Dissertat. recusâ in  
Thes. Theol. Phil. T. II. p. 190. Hic tantum subjungimus,  
quod secundum diserta Lucæ verba XXII. 7, 8. cùm advenis-  
jet dies azymorum ἐν ἡ ἔδει θύεσθαι τὸ πάγα, QUO OPORTEBAT  
PASCHA MACTARI Jesus jussit discipulos suos, Pascha sibi  
præparare. Ex quibus verbis sole meridiano clarus patescit,  
Servatorem non anticipasse Pascha, sed tempore quo id  
secundum Legem Mosis fieri oportebat, celebrasse. Quod  
& Marci verba confirmant, XIV. 12. Primo autem die azym-  
morum

... 17 ( ...

morum, quo Pascha mactabant dicunt ipsi Discipuli ejus: *Ubi vis  
abeentes tibi præparemus, ut Pascha comedas.* Quid enim aliud  
locutio hæc innuit, quām & alios Judæos illo tempore  
mactasse Pascha, atque adeò Servatorem minimè illud  
anticipasse, sed potius eodem tempore id fieri curasse,  
quo idem ab aliis quoque fiebat. Atque hoc eò magis strin-  
git, si phrasin ὅτε τῇ πάσχα ἡθον redamus, quo Pascha **M A-  
C T A R E S O L E N T** aut **SO L E B A N T**, quemadmodum  
Casaubonus, Grævius & Elsnerus, Celeb. Wolfio ad h. l.  
citati docent.

§. VI.

Hinc igitur alii contrà, discriminis hujus causam in **IV. Re-**  
**Judæos rejiciunt, quos hoc anno per integrum diem Pa-**  
**scha suum distulisse, & die XV. post meridiem illud mactas-**  
**se, quæque illam sequebatur vesperā, à quâ dies XVI. in-**  
**cipiebat, comedisse, contendunt.** Saltem ita loquitur  
Saubertus in Diff. de ultimo Christi Paschate, recusa in  
Thesaur. Theol. Phil. Tom. II. cap. I. §. 12. & alii. Verùm si hæc  
verba ita accipiuntur, uti sonant, quòd nempe secundùm  
ipsam supputationem Judæorum horum, die XV. agnum  
mactaverint, & die XVI. Paschales epulas celebraverint,  
æquè falsa est hæc, ac præcedens sententia, nimis enim clara  
non solum sunt Legis verba, quæ prius ad XIV. posterius  
ad XV. determinant, sed & nimis constans, atque unani-  
mi omnium Judæorum omni tempore conseasu non minus  
quām praxi confirmata est sententia, quâ nullum aliud tem-  
pus ad utrumque actum legitimum reputatum aut ipso actu  
observatum fuit, ut ex illis quæ cap. I. attulimus, patet.

*sponsio,  
quòd Judæos  
integro die  
Pascha su-  
um distu-  
lerint, quæ  
etiam non  
admittitur.*

§. VII.

Ex his itaque omnibus manifestum est, neque Chri-  
stum dici posse, diem XIV. mactando, aut XV. comedendo  
anticipasse, neque Judæos, ultrà hos dies utrumque  
actum distulisse, sed utrosque potius necessariò agnum die  
XIV. mactare & XV. comedere debuisse. At inquires, quo-  
modo

*V. Vera  
scutio, ex  
diversâ  
Neomeni-  
am figendi  
ratione.*

C

modo igitur, ut tam operosè præcedenti Dissert. demonstratum est, Judæi integro nihilominus die seriis Servatore, utrumque peragere potuerunt? Fateor id multis Paradoxum videbitur, & tamen nihil certius est, quācumque haec duo, primâ fronte ~~etiam~~ apparent, tam facile inter se conciliari, tamque amicè simul subsistere possunt. Quod ut pateat, observandum, Judæos illis temporibus nondum dies per integrum annum calendario antea designatos habuisse, sed sub initium singulorum mensium, imprimis illorum in quæ festa annua, & maximè festum Paschatos incidenter, primum diem ex novilunio determinasse, eumque quaquaversum, accensis ignibus in montibus, dein verò emissis nunciis, omnibus gentis suæ notum fecisse vid. Seld. de anno Civ. Jud. cap. VII. Rosch haschan. cap. I. m. 3, 4. & Cap. II. mischn. 2. seqq. In hac autem determinatione, plus unâ de causâ, discriben accidere poterat, inter Rabbanitas seu Traditionarios, & inter illos, qui reje&dis traditionibus Scripturam solam sequebantur, ita ut altera pars, integro die seriis initium mensis constitueret, quique uni parti esset primus novi mensis dies, is alteri adhuc pro ultimo mensis præcedentis reputaretur, atque adeò qui prioribus esset dies XIVimus, is posterioribus tantum XIIIimus haberetur, unde ultrò patet, quod si utrique vellent die XIVmo Pascha mactare & XV. comedere, necessariò hi integro die seriis illis id facere debuerint, quia pro diverso computo qui illis XIV. idem his demum XIII. esset.

## 5. VIII.

*Non tamen ex regulâ de Batte que recentior.*

Qui autem haec in parte convéniant, iidem in causis diversæ hujus suppurationis iterum dissentient. Nonnulli observant Judæos Traditionarios sedulò evitasse, ne initium mensis Tisri itū anni Civilis in primum, quartum aut sextum diem hebdomadis, vel festum Paschatis in secundum, quartum aut sextum incidenter, secundum Canonem **לעולן לא נון בון פסח Nunquam AD II** (i. e. 1, 4, aut 6, dies) obtemperent.

et initium novi anni, nec **BADU** (i. e. 2, 4. aut 6.) EST PASCHA. v. Maimonid, in Kiddusch hachodesch cap. VII. §. 1. seq. quod fiebat ne duo festi dies aut festus dies & Sabbathum se immediate sequerentur; atque adeo duobus successivè diebus à labore quiescere deberent: ex gr. ut hic in argumento maneamus, in quo versamur, si dies festus Paschatis, sub cuius initium post occasum solem agnus comedendus, incideret in sextum hebdomadis, seu usi nos vocamus, diem Veneris, tum & hic dies, & qui illum sequitur septimus seu Sabbathum foret festus, & quiete transfigendus. Id igitur ut evitarent Judæi Traditionarii, novilunium seu primum diem mensis Nisan, uno die seriùs fígebant, quo XVmus non in diem Veneris, sed Sabbathum caderet, atque adeo una quies tam festo, quam Sabbatho celebrando sufficeret, quod **רַחֲיָה** seu **trajectionem** (festorum) appellare solent. Hunc autem morem cum Scripturarii non sequerentur, idcirco hi justo tempore, quod Lex statuit, neomeniam figentes, diem XV. seu sextum Paschatis integro die citius, sexto nempe hebdomadis seu Veneris celebraabant. Atque hunc ipsum casum huic argumento applicant, ita ut Servator cum suis die sexto seu Veneris, vesperā nempe, quæ secundūm computum Judæorum diei sexti initium constituebat, Pascha comededit, Pharisæi autem, & qui cum illis faciebant, idem ob adductam rationem in sequentem diem Sabbathi rejecerint. v. Hildebrandi Antiquit. Select. Lib. I. Sect. I. §. 7. voc. Pascha. Imò Harduinus de supremo Christi Paschate Opp. Select. p. 371. seqq. quâ erat ingenii ad quævis fingenda fœcunditate, adhuc subjungit Galilæos, secundūm ordinariūm computum ex Lege, Judæos secundūm regulam **BADU** seu trajectionem Pascha comedisse, Servatorem autem, priores secutum esse. Verum uti hoc de Galilæis gratis supponit, ita dudum monuerunt Viri Docti, hanc festorum trajectionem Servatoris tempore nondum in usu fuisse, sed multis demum seculis post, introductam esse, quin imò in ipso Talmude exempla occurrere, ubi *Pascha in Badu seu*

unum ex tribus illis diebus hebdomadis inciderit. vid. præter summum Bochartum Hieroz. Part. I. Lib. II. cap. 50. Celeb. Hottinger. in not. ad Goodwini Mosen & Aaron. Lib. III. Cap. VII. §. 25. Clariss. Meyer de festis Hebr. P. I. cap. X. & Summè Reverend. Deyling. Observ. P. I. Obs. LII. §. XIII. (Cujus tamen pace moneo locum quem ex Pesachim cap. V. m. 1. adfert ubi casus ponitur **דָּל עֲרֵב** בְּסַחְתִּים לְרוּחוֹת בְּעֵמֶכ שְׁבָתִים

quod Parasceve Paschatis inciderit in parasceven (seu vesperam) Sabbathi huc non facere, quia is regulæ de Badu minimè repugnat, cùm hac ratione non ipsum festum Paschatis in sextum diem, sed potius in Sabbathum inciderit.) Ne autem hic ab aliis dicta repetam, neque tamen etiam ἀπόμβολος ad has epulas veniam, adferam potius insignem locum, ubi idem contra Traditionarios evincitur, ex Codice MSc. Rabbinico hactenus, quantum scio, nemini Christianorum lecto aut viso, bono autem fato, sub finem superioris anni, ex Poloniâ ad me misso. Exaratus est à Karræo quodam, sub titulo **לחם שעריך Panis budeacei**, continetque disputationem Karræi cum Rabbanitâ, ubi primùm Karræus, objectionibus Rabbanitarum ordine propositis respondet, dein autem prior vicissim Rabbanitarum errores, argumentis oppugnat. Liber sane lectu est dignissimus, tam enim nervosè tamque solide præcipua dissensus inter Karræos & Rabbanitas capita tractat, ut nihil hactenus in eo genere viderim, quod cum illo comparandum sit. Quare integrum in linguam latinam jam converti, suóque tempore Deo vitam & vires largiente, notis illustratum, cum publico communicabo. Quod è lubentius fiet, quò parcior hactenus rerum Karraiticorum cognitio, aut librorum ab iisdem conscriptorum copia ad nos pervenit, quóque magis indies experior nostri interesse, ut in eorundem dogmata & mores penitus inquiramus, cùm nihil certius esse queat, quām Servatorem & Apostolos, longè magis Scripturariorum, quām Traditioniorum sententiam & instituta, esse secutos. Ita autem Auctor hujus libri Objectione Nonâ, Traditionarium Fe-

storum

בְּנֵי יִשְׂרָאֵל

forum trajectionem urgentem introducit, & refellit,  
טען התלמידוי לבעל מקרא למה אתה אינס נוהנים  
הרחיות בקביעות רומי טוביים לפי תקון חכמיינו רהייט  
לא, אדרו ראש ולא ברדו פסח ורא נזה עצרת ולא זבח  
פור והשאר והלא ורעת כי חכמיינו התקנו זה האופן בשבל  
הכרח עצום כדי שיבאו כל חומניהם אל נכנון וכל זה  
בחכמה מהם בחיותם הוים את הנולד גרו זה  
הגבר:

הшиб בעל מקרא לתלמידוי האם כבר ש恱ת מה  
שחשיבותו לטענתך השלישית כי אלו המנוגדים אצלכם  
חרשיבות מקרוב באו לא שיעורם אבותינו הקדושים  
כאשר זכרו חכמיכם בכמה מקומות בתלמוד כי בזמן שהזו  
קובעים עפ' הראייה לא היו נוהנים אלו הרחיות כאשר  
הביא ע"כ בפי ה תורה בפרשת אמור זול גם ראות  
בתלמוד שנפל פסח בבלו עכל ומה הצורן הגול אשר  
מןינו המציאו חכמיכם אופן הרחיות אם בשיל יירא  
ומתיא זה הכל ורעות רוח ואין ראוי בעבורם להפר רבי  
אליהם חייס ולהוציאו הימים המקודשים מונחים  
ולחלוף המנהג הקדום אשר היה בזמן הנבאים ובזמן  
המלחכת וכש שלא נמצא על זה הוראה ברבורי נזון ה תורה  
ארוכה נאמר אשר תקראו אותן במועדים אם כן אין  
לנו רשות להוציאם מונחים אשר הגכילה ה תורה  
וממעודם ואין כל חרש תחת השימוש אלא עולם נוהג  
במנהגו ומה שהוויה עמנו היוס הוא אשר היה בזמן אבותינו  
הקדושים ולמה לא המציאו זה האופן רל, לנרגס הרחיות  
ומיהוא עבר את לבו לשנות גינויו הבורא ית ולהעתיק חוט  
מונחים אשר הגבילם ב תורה, רקושה ואיך מראים  
לכם ליחס זה לרעה כמש הרמיכם ולbehلوות קרש  
החרש (פ' חמיש) זול הלכה למשה מסין בזמן שאין  
סנהדרין אין נזקין לראות אלא פעמים יומם שוקעין  
בחשבון זה יהיה יום הראייה ופעמים שהיתה מוקדם לו  
בօם ונפעים יהוה אחורי עכל הרו נתכאר גם בכאן  
שהרחיות ארוכה פורצאות גדר וסדר תורה כין שורות  
ומעתיקות

כג

28.

29.

30.

31.

ומעריקות הימים המקורשים מומנכת הראי עפ' עדות  
Objicit Thalmudista Karræo: *Quare vos non utimini trajectionibus in figendis diebus festis, secundum ordinatem sapientum nostrorum?* Scilicet, quod initium novi anni non sit Adu ( dies 1, 4. aut 6. hebdomadis) neque Badu ( dies 2, 4. aut 6.) Pascha , neque Gabaz (3, 5. aut 7.) Pentecoste , neque Zebad (7, 2. aut 4.) Purim &c. An non nosti , quod Sapientes nostri ordinarunt hunc modum , summe necessitatis causâ , quod omnia hæc tempora evenirent , uti maxime conveniens est? idque singulari sapientia ab iis factum est, dum (enim) viderent quæ eventura essent , fecerunt banc se- pem.

Respondet Karræus Thalmudista : *An jam oblitus es ejus, quod respondi tertiae tue objectioni?* Quod (nempe) has consuetudines vestras novas & nuper demum natas non assimilarunt Sancti Patres nostri , quemadmodum ipsi vestri Sapientes pluribus locis in Talmude memorant , quod tempore quo figurebant novilunia ex pâris non usi sunt bis trajectionibus , uti (ipse) AbenEsra insert , Commentar. in Legem Seft. Emor (Lev. XXI. & seqq.) bis verbis : **A D S U N T Q U O Q U E I N D I C I A I N T A L M U D E , Q U O D I N C I D I T P A S C H A I N B A D U** (diem 2, 4. aut 6.) Haecenus ille. Et quænam (quælo) fuit magna illa necessitas cuius causâ Sapientes vestri formam trajectionum invenerunt? Num factum id est propter olus & mortuum? (i. e. ne olera quæ cruda comeduntur , duobus successivè sequentibus diebus feriatis corruptantur , aut mortuus foetere incipiat , quas causas translationis festorum & intercalationis , Rabbanitæ adferunt in Gem. Rosch haſſchana f. 20. a. vid. ibid. Raschium ) Hæc sane est vanitas & afflictio Spiritus , neque convenit horum causâ perverttere verba Dei Vivi diésque sacratos dimovere à tempore suo , & mutare consuetudinem antiquam , quæ obtinuit tempore Prophetarum & regni (Judæorum.) Idque èò minus , quia nullum pro hac re argumentum invenitur in verbis Legislatoris , sed contra potius dictum est (Lev. XXIII, 4.) quod proclamabit illa statuto tempore suo . Quæ cùm ita sint , non licet nobis illa dimovere

re

re à tempore suo, quod determinavit Lex, & à constituto termino. Neque est quicquam novum sub sole, sed mundus procedit mo-  
re suo, & quod hodiè apud nos obtinet, idem est quod tempore  
Sanctorum Patrum nostrorum, quoque locum habuit: Quare igitur  
illi non invenerunt hanc formam, ut scilicet, his trajectionibus u-  
terentur? Quis verò tam audax est, ut mutet decretum Creatoris  
Benedicti, ad transferendum dies festos à tempore, quo illos cir-  
cumscriptit per Legem Sanctam? Et quomodo illos implevit cor  
ipsorum, ut rem hanc attribuerent Mosi Doctori nostro Beatae Me-  
moriae? quemadmodum Maimonides B. M. loquitur in tractatu de  
Novilaniis (cap. V.) his verbis: Traditio Mosis à (monte)  
Sinai est: tempore quo nullum est Synedrium, non adherent τῇ  
Φάσῃ, sed aliquando dies, quem figunt secundūm calculum (astro-  
nomicum) est, item est cum die Φάσῃς, aliquando autem ante,  
aliquando post eundem incidit. Hacenus Maimonid. Ecce vel in-  
de iterum manifestum est, quod translationes contrà perfringunt se-  
pem & ordinem Legis, quia pellunt & dimovent dies sacratos à  
tempore illis convenienti, secundūm testimonium Lunæ, quam Deus  
fecit in statuta tempora.

## §. IX.

Immortale non solum Patriæ nostræ, sed & univer- Neque quod  
sæ Ecclesiæ Decus Joh. Coccejus ad Matth. XXVI. 18. Joh.  
XIII. 1. XVIII. 28. & XIX. 14. præente Summo Scalige- Servator  
ro, de Emend. Temp. p. 567. nec non Celeb: Tillius ad cum quibus-  
Matth. XXVI. 17. seqq. & qui præterea tantos duces se- dam Novi-  
quuntur, existimant Servatorem cum illis fecisse, qui No- lunium à  
vilunium à coniunctione Solis & Lunæ determinabant, dum synedriis  
Synedrium cum reliquis Judæis id faceret à Φάσῃ aut con- συγγύλα,  
spectu Lunæ novæ, unde cùm ex regulis Astronomicis  
constet, non semper Lunam novam, eodem die, quo in  
coniunctione cum Sole est, conspici posse, sed aliquando  
integro die serius, aliquando & amplius, conf. Kepleri In- Synedrium  
stit. Astron. Lib. II. cap. XVI, hinc facile diem XIV. Nisan,  
secundūm computum, quem Servator secutus est, integro  
die antevertere potuisse, & uti ex supputatione astrono- cum aliis ex  
miça  
figeret.

28.

29.

30.

31.

micā colligunt, ac tu antevertisse XIV. diem, secundūm constitutionem Synedrii M. Quæ conclusio, si præmissæ salvæ essent, legitimè satis se haberet, difficultatēmque egregiè tolleret. Verūm Summus Theologus Franciscus Francisci Fil. Burmannus in Harmoniā Evangelicā in Matth. XXI. p. 89. seqq. recte jam monuit, supponi hīc aliquid, quod probari planè nequeat, cùm nullus unquam dissensus fuerit inter Judæos, utrum Novilunium à coniunctione an  
∅ores suppūtari debeat, neque quantum constat, unquam ab ullis ex coniunctione constitutum, aut secundūm hanc constitutionem Pascha celebratum sit. Quod omnes, quotquot Judæorum sive Karraorū sive Rabbanitarum scripta unquam excusserunt, calculo suo confirmare cogentur.

6 X

Sed quia  
Scriptu-  
rarii  
ex Φάσει  
solā, reliqui  
ex Φάσει  
cum calculo  
astronomi-  
co conjun-  
cti.

Recte autem idem Celeb. Burmannus duplex potissimum circa Novilunii determinationem fuisse sententiarum divortium docet, & ex ipso Abarbanelis loco ad quem Tillius provocaverat evincit, utrum nempe novilunium ex conspectu Lunæ novæ seu φάσματος, an ex calculo astronomico determinari debeat. Ubi tamen non existimandum est, solum calculum astronomicum neglectâ penitus φάσμα semper adhibitum fuisse, alia enim hic quondam stante adhuc templo ratio erat, alia nunc, templo destructo, populoque per totum terrarum orbem disperso, obtinet. Quod ut pateat obscuriusque argumentum in clariori luce ponatur, rem paulò altius repetemus. Scilicet cum Judæi Traditionarii viderent, ob aërem nubilum evenire facile posse, ut Luna nova non statim conspiceretur, tum quoque circa testium, qui eam se vidisse assererent ἀξιονισταντει sibi varios scrupulos formarent, stante templo introduxerunt, ut non ex solo conspectu novæ Lunæ Neomeniam figerent, sed calculum astronomicum simul consulterent, tum quoque pro summâ, quam Synedrio M. vindicabant auctoritate, huic deferrent, ut testes examinaret, & ubi eorum testimonium calculo astronomico conveniret, diem novilunij

vilunii determinaret, eumque constitutum, Judæis ubique locorum notum faceret. Post templum destructum verò, sub hodierno exilio, conspectum Novæ Lunæ penitus negligere cœperunt, solóque calculo utuntur, unde & cùm maximè Calendaria Christianorum more conficiunt, quibus dies noviluniorum æquè ac Festorum per integrum annum antea indicantur. Contrà verò illi qui Scripturæ soli rejectis traditionibus inhærent, ut Karræi, ex solâ φάσει novæ Lunæ, à quibuscumque etiam privatis observatâ, novilunii tempus fīgebant, additis tantùm certis signis, si fortè Luna ob nubilum aërem conspici non posset. Ut adeò status quæstionis quondam hac in parte non fuerit, utrum novilunium ex coniunctione an verò ex φάσει, neque etiam utrum ex solâ φάσει, an solo calculo astronomico, (quæ hodiè dissidii summa est, postquam Traditionarii observationem Φάσεως planè abrogârunt,) sed potius, an ex φάσει demum cùm calculo astronomico sedulò collatâ, ad eam examinatâ illiqüe convenienter, an verò ex φάσει solâ à testibus oculatis fide dignis nunciata figi debeat, quorum prius Rabbanitæ seu Traditionarii, posterius Scripturarii aut Karræi affirmant. Hunc verum controversiæ statum quondam fuisse tam solidè ex subsidiis, quæ tum ad manus erant, Abarbanele ipsóque Talmude ostendit Cel. Burmannus loc. cit. p. 90. seqq. ut frustra esset ad eosdem fontes recurrere. Quare addam potius insignem locum ex egregio supra memorato MSc., qui brevem totius hujus controversiæ summam tam clarè, ac nullibi haftenus factum esse scio, cum præcipuis Karræorum argumentis, Traditionariorum sententiæ oppositis, nobis exhibet. Ita igitur Rabbanita Objectione IV. loquens & Karræus respondens introducitur

פָעַן הַתְלִמּוֹדֵי לְבָעֵל מִקְרָא לִמְהָ אֲתָה אַנְכָּם נָוְחַנִּים בְּקִבְיעָת הַחֲדָשִׁים וּקוֹרֹשׁ יְטַ כְּפִי הַקִּבְיעָות שֶׁלְנוּ כְּפִי חַשְׁבוֹן הַעֲכֹר וְאֲתָה קַוְכִיעָם בְּחַלְוֹף מִמְנוּ וּמִחְלָלוּם הַיָּמִים הַמִּקְרָשִׁים אֲצַלְנוּ הַאֲמָם אֵין זֶה מַרְדֵּךְ הַמְנָהָנִים הַקְּרָמָנִים הַנְּשָׁאָרִים מִימֵי עַלְםָ וּשְׁנִים;

D

השִׁיב

28.

29.

30.

31.

השיב בבעל מקרא כבר כתבו חכמי המוסר כי נאי־  
הרבאים הוציאים מפי עשייהם אבל כפי הנглаה  
מהמנגנתכם שיאנה מסכמת עט וברוכם כאשר  
פנאי הקיעות שלכם חורשים מקרוב באו ונולדו בגלות  
החל חוה ואינס כפי המנתג אשר היה בזמן הנכאים  
בארץ ישראל כאשר כל ושדרל פה א' נמננו ונמרן כי  
בזמן המרכות דיו קובעים החורשים ומקרושים היה עט  
ראיית הלבנה ולא היו רוחיס ומאיסים דמיים כאשר  
אתם היום רוחים המעורבים מוננים האמתי אבל ביום  
שהיה נופל עט ראיית הירח אחר הטולד באותו היום חוו  
מרקושים וכן נורגים אנחנו גם עכשו ובזהו מן איזה מניעת  
לאיריה מעד עכירות החורש יש סימנים ודרכים נקרים  
סימני ההקרבה שהשairoו לנו קרומני אשר קברו  
מחכמים ונסו במניהם אשר בהם נוכל להשיג  
הרעת האמתיות בהראות הירח ובtems היו נוהגים הקромונים  
בזמן גלות בכל אשר כל זה מכואר באך דיטב בספריו  
חכמינו עה ומשום שהוראת חכמים אין מסכמת עם  
הכתב בטורה שבכתב בו כתיב בפ' בא אף החוש הזה  
לכם וגנו זPsi הראו לבנה בחזרה ואמר לו כשהירח  
מתחרש יהיה לך רוח. זהה נתקשה משה על מולר הלבנה  
באיזו שיעור תראה ותהייה ראויה לקיש וזראה לו באצבע  
את הלבנה ברקעה ואמר לו כהה ראה וקדש עכל. וזה רין  
טורה צוות לנו משה אבל הוראת חכמי התלמוד בהקף  
כמו שכתבו בזמן שאין ברהג אין נזקן לראייה  
אלא נוהגים עט החשבו ועוד נראה מרובייהם שאפילו בזמן  
ברהג בטלו מנרג הראייה כוון שהנחיו הענן על ההכרזה  
ואף שוכו לראיית החורש ולא הספיק הטען להברוי ולומר  
מקודש ממש הרמכם בחילכות קירוש החורש בפ' משנה ה' ו'

שוייחסו

27.

( פט ) טז

שייחסו זה הענין לרצון ברהג אשר יומם הקיפה להנחаг  
 הכלל כנראה שהיה נוהגים עפ' רצונם במצוות ולא עפ' רצון  
 הבורא ית אבל החליטו כמוות זה הענין גם ליחיד במא  
 שספרו במסכת רה (בב דף כה) מעשה רחויה רכבה רוחא חוויא  
 לשירה רוחא קאי בצפרא ורקט שקל קלא פתק בית ואמר  
 ראותה בעין לקרוishi בר ואת קיימת הכא זיל איכסוי  
 עכל עכ' אין אנחנו מתחהפים עם אנשים כאלו אשר  
 מתנגידים לרצון הבורא ית רק נשמר הרך אשר חורה לנו  
 בחורה שבכתב לנויג עפ' חסוי קיים ואות אשר קבוע בركיע  
 השמים להגלוות פרוי חדש בחדרשו ולא ישנה את  
 תקיפורו:

*Objicit Thalmudista Karræo: Quare Vos non utimini fixione Novilunii, & Sanctificatione Festi, convenienter fixioni apud nos usitate, secundum calculum Astronomicum? Vos verò figitis (illa) ratione à nostrâ planè diversâ, & profanatis dies, apud nos consecratos. Annon bæc est rebellio, ad immutandum consuetudines pri- scas, que reliqua factæ sunt, à diebus seculi, & annis antiquis?*

*RESPONDET Karræus, scripserunt dudum Moraliste, quod pulchra sunt verba prodeuntia ex ore eorum, qui illa faciunt, sed quantum constat de vestrâ consuetudine, illa non convenit verbis vestris, quia consuetudines, figendi novilunia, apud vos usitate, nova sunt, & sub exilio hoc recentiori demum natæ, neque conveniunt consuetudini, que Prophetarum ævo in terra Israëlis obtinuit, quoniam omnes Israëlitæ uno ore statuunt atque decernunt, quod tempore Regni fixerunt novilunia & sanctificârunt festa, secundum Phœn Lunæ, neque repulerunt & spreverunt dies quemadmodum vos hodie detruditis stata solemnia à vero suo tempore, sed die in quem incidit, secundum Phœn Lunæ post conjunctionem, ipso illo die consecrârunt, atque idem etiam hactenus nos observamus. Quod si autem impedimentum aliquod eveniat adspectui à turbulent æris, adjunt signa & media, dicta signa proxima, que nobis reliquerunt Majores nostri, quemadmodum accepérunt à Prophetis & explorârunt suâ atate, quibus possumus consequi certam cognitionem*

D 2

quando

28.

29.

30.

31.

quando (iterum) Luna apparet, atque illis etiam usi sunt Veteres  
 sub exilio Babylonicō, quemadmodum omnia hęc abunde explicata  
 sunt in libris Sapientum nostrorum, super quibus sit pax! Hinc igi-  
 tur Doctrina Sapientum vestrorum non convenit cum eo quod exarā-  
 tum est in Lege scriptā, ut existat, Sectione, Vade ad Pharaonem  
 (Exod. XII. 2.) **MENSIS HIC VOBIS ERIT** Ἐγ-  
 ubi Raschi commentatur: Ostendit (Deus) ipsi (Mosi) Lunam  
 novam dixitque illi, quando Luna innovatur, erit tibi initium men-  
 sis. (Vox) **חנוך** (*HIC*) autem Mosi admodum difficilis visa est,  
 quo nempe adspectu nova Luna videri debeat, ut novilunium legiti-  
 mè sanctificari queat, ostendit igitur (Deus) ipsi digito lunam in  
 expanso dixitque ipsi, ubi hac facie eam videris sanctifica illam.  
 Haecenūs Raschi. Hoc est quod Lex, quam præcepit nobis Moses,  
 statuit: sed Doctrina Sapientum Talmudis plane contraria est,  
 quemadmodum scribunt: tempore quo nullum est Synedrium M. non  
 adherent τῇ Φάσει, sed sequuntur calculum astronomicum. Pre-  
 trea autem ex eorundem verbis elucescit, quod etiam tempore Sy-  
 nedrii M. jam irritam reddiderunt observationem Φάσεως,  
 guia commiserunt totam rem proclamationi, idque etiam quando  
 adspectu novae Luna gavisi sunt, sed non sufficiebat tempus ad pro-  
 clamandum, & dicendum sanctificatus est! Quemadmodum asserit  
 Rabbi Moses Maimonides in tractatu de noviluniis cap. II. m. 8. his  
 verbis: Licet videret eam (Lunam novam) **SYNEDRI-**  
**UM ET TOTUS ISRAEL, NEQUE TAMEN SUF-**  
**FICERET TEMPUS AD DICENDUM SANCTI-**  
**FICATUS EST, DONEC INGRUERET NOX DIEI**  
 31. **NON SANCTIFICANT DIEM ILLUM** (scil. 30  
 in novilunium) **SED MENSIS ERIT ἡμέρα μας,** **NE-**  
**QUE ERIT** (dies ille) **PRIMUS** (novi) **MENSIS,**  
**SED** (potius) **TRIGESIMUS PRIMUS** (mensis præ-  
 cedentis) **IDQUE ETIAMSΙ VIDEATUR NOCTE**  
**TRIGESIMI** (diei) **QUIA NON φάσις FIGIT** (novi-  
 lunium) **SED ἡ σύνεδρος, QUI DICUNT SANCTIFI-**  
**CATŪS EST, HI** (illud) **FIGUNT.** Haecenūs Maimoni-  
 des. Neque sufficit, quod unice commiserint rem banc arbitrio Sy-  
 nedrii M. cuius potestas magna erat ad introducendum omnia, pro-  
 uti

uti visum esset, dum secundum ejus beneplacitum in praceptorum observatione versati sunt, non vero secundum beneplacitum Creatoris Benedicti, sed simpliciter etiam rei hujus instar committunt unum (homini) in casu, quem narrant in tract. Rosch basshana (cap. II, fol. 25.) Accidit quod R. Chija Magnus vidit Lunam stantem manu diei XXIX, accepit glebam, & versus eam prosecitus dicens, vesperi volumus te sanctificare & tu illic (jam) sis, abi atque absconde te. Haecen Talmud. Idcirco (igitur) nos non associamus hominibus talibus, qui se subdaunt beneplacito Creatoris Benedicti, sed observamus viam quam monstravit nobis in Lege scripta, ut utamur signo constituto, & onus, quod fixit in expanso celi, ad indicandum unum mensem post alterum, neque mutabit constitutionem suam. Ex his omnibus igitur liquet dissensum stante templo in eo constitisse, quod Karraei statim quum nova Luna visa esset novilunium consecrarent, Rabbanitae autem cum quibus Pharisei faciebant, non nisi postquam Synedrium collato calculo astronomico id deprehendisset, diemque illum ut novi mensis initium solemni ritu proclamasset.

## §. XI.

At dicet forte aliquis, hac ratione facilius accidere potuisse videtur, ut Rabbanitae Pascha die citius celebrarent Scripturaris, quam hi illis, si scilicet contingeret, ut secundum calculum astronomicum dies, quo Luna nova esse deberet, constitueretur, licet illa ob nubilum aërem non consiperetur, eamque ob causam, ab his qui φάσιν sequebantur, non nisi die postriduano consecraretur. Verum audivimus jam supra ex Maimonidis à Karraeo nostro adductis verbis, aliquando diem secundum illos qui calculum sequuntur eundem esse cum illo qui ex φάσι determinatur, aliquando verò ante φάσιν, aliquando post eandem accidere. Idem Judæi Karraitae docent, imò nonnunquam duorum dierum discriminem accidere posse, adducto exemplo probant, in libro מנהנין קראורום seu Rituali Karraorum, quem primum ex MSC: sine additâ versione, edidit Cel. Wolfius Biblioth. Hebr. Vol. IV. pag. 108.

Obiectio  
contra  
tanc  
sententiam,  
ejusque fo-  
lutio.

D 3

רָאשׁ

28.

29.

30.

31.

ראש חורש עם הקרים יחר ביום אחר ויפול להם שועשן  
ראש חורש מן הקרים קדם יום א' ושני ימים ויפול להם  
לרבנים שייעשו אחר הקרים יום ושני ימים זהה העניין ראיינו  
אותו אנחנו בזמננו בתחום מוחר רשות כי עשו הניסן אחר  
שני ימים מן הקרים ועשנו תשרי קורם שני ימים מן הקרים

¶ Aliquando accidit Rabbanitis ut celebrent novilunium simul cum Karraeis eodem die: aliquando accidit ut id faciant uno aut duobus diebus citius Karraeis, aliquando verò ut id faciant post Karraeos, uno aut duobus diebus; atque hoc vidimus ipsimet nostra estate in initio Calendarii anni 268. (id est anno Christi 1508.) ubi celebrarunt (initium mensis) Nisan biduo post Karraeos, Tisri autem biduo ante eosdem &c. Quod imprimis locum habere debuit, stante adhuc templo & durante Synedrio, quando non ex calculo astronomico solo novilunia determinarunt, sed ex calculo cum φάσει collato, seu potius φάσει ad calculum astronomicum examinata. Imò tunc temporis variis de causis longè facilius, evenire potuit, ut qui φάσαι sequabantur, integro die anteverterent eos, qui calculum astronomicum conferebant, quam ut ab illis prævenirentur. Quod ut pateat, præcipua dissensus Phariseorum seu Traditionariorum, & Karraeorum s. Scripturariorum in hoc argumento capita, quorum aliqua Celeb. Burmannus digito tetigit, paulò proprius excutiemus.

## §. XII.

*Precipua dissensus Traditionariorum & Scripturariorum capita.* Diversas autem sententias fovebant i. circa judices, quibus causæ hujus cognitio & novilunii determinatio competenter. Traditionarii eam inter prærogativas Synedrii M. numerant. Maimon. in kidd. hachodesch. i. §. 5. אין ראות הירח מסור לכל ארץ כמו שבת בראשות של אחד טונה ששה ושבת בשבי אלא בבית דין הורבר מסור וגנו

*Non est (observatio) φάσεως Lunæ unicuique privato commissa, ut Sabbathi hebdomadalis, dum unus quisque numerat sex dies, & septimo quiescit, sed hoc negotium traditum est Synedrio, &c. Quod eo rigore illi tribuunt, ut licet ipsa Synedrii membra*

bra omnesque Israëlitæ vidissent novam Lunam ; ante noctem diei trigesimi primi , sed solemnis promulgatio ab ipso collegio facta non esset , tamen diem trigesimum non constituerent initium novi mensis , sed sequentem demum trigesimum primum , atque adeò præcedentem XXXmum adhuc elapsò mensi annumerarent , hancque qui non nisi XXIX. dies habere debuisset , die rum XXX. facerent

שָׁנָן הַרְאִיחָה קֹבֵעַ אֶלָּא בֵּית דָוִן שָׁנָמָרוּ מִקְרָשׁ הַמִּקְרָבָן : quia non conspectus novæ Lune figit (novilunium ) sed οἱ ἀνερδοὶ dicentes , Sanctificatus sit ! bi sunt , qui (illud) figunt ut Judæi , ipsi testantur in Rosch haschana cap. 3. m. 1. & Maimonid. de Novilunio. cap. II. §. 8. loco jam à Karræo nostro supra §. X. adducto . Contrà autem Scripturarii tantam Synedrii Auctoritatem non agnoscentes , ipsi φάστι secundum expressam Legis literam inhaerent , & dummodo de re ipsâ satis constaret , cuius cognitionem Pontifici cum Sacerdotibus , imò unicuique Prophetæ seculi sui , seu sapientioribus singularisque perspicaciæ Viris committebant , ut docet Selden de anno Civil. cap. XI. parum curantes judicium Synedrii , diem XXX. quo Luna viâ esset initium novi mensis constituebant , & mensi præcedenti non nisi XXIX. dies dabant , unde in talibus circumstantiis Rabbanitæ integro die citius Traditionariis mensem incipiebant .

2. Circa testes quoque eorumque tam numerum quam conditionem non levis erat controversia . Ad conditionem enim quod attinet , Rabbanitæ decem generis homines à testimonio dicendo vulgo excludent , ut docet Maimonid. hilch. Eduth. cap. IX. §. 1.

עשרה מיין פסלהות הם כל מי שנמצא בו אחר מהן הרי הוא פסול לערות ואלו הן הנשים והעבדים והקטנים והשוטטים והחרשים ורשותיהם והרשעים והכובזין והקרובים והנוגעים בעדרותן הרי אלו עשרה : Decem dantur genera testimonium illegitimum redditiva quorum si vel unum in aliquo inveniatur ecce is ineptus est , ad

*ad testimonium perhibendum. Consistunt autem in sequentibus: Mulières, Servi, Minerennes, Fatui, Surdi, Muti, Impii, Spreti, Propinqui, quique attingunt eorum testimonium, Ecce illi sunt Decem. Atque iidem hi etiam in hoc negotio ex sententia Rabbanitarum à dando de novâ Lunâ testimonio excludebantur. Maimonid. in kiddusch hachodesch c.2. §.1.*

אין כשר לעדות החורש אלא שני אנשים כשרים הראויין להעדר בכל רבר ורבר אבל נשים ועברים הרי זה כשר פסולי ערות ואין מעידין וגוי

*Nemo legitimus est ad testimonium de novâ Lunâ perhibendum, nisi duo Viri legitimi, qui idonei sunt ad testimonium in quacunque aliâ causâ ferendum. Sed fœminæ & servi proinde ac omnes alii testes illegitimi habentur, nec testimonium perhibent Ec. & paulò post*

וכל הפסול לעדות סופרים אף על פי שהוא פסול

*Quisquis autem ex sententiâ Scibarum illegitimus est ad testimonium ferendum, licet secundum Legem (ipsam) esset legitimus, ineptus tamen habetur ad testimonium de novâ Lunâ perhibendum. conf. Rosch. hasschan. cap. I. II. & III. Ex dictis unusquisque facilè colligere potest, nullos qui à Sacris Israëlitarum essent alieni ex horum Doctorum sententiâ ad testimonium hoc admitti, sed solos Israëlitas. Atque hoc distinctius Maimonid. inculcat & ad ipsos Cuthæos extendi docet hilch. Eduth cap. IX. §. 4.*

העברים פסולין לעדות מן התורה שנאמנו ועשיהם לו כאשר זכרם לעשות לאחין מכלל שאחין כמותו מה אחיו בן ברית אף העיר בן ברית כל

וחופר לכוטו אם עברום שהן במקצת מצות פסולין הכותים לא כשי *Servi illegitimi sunt ex Lege ipsâ, ad testimonium dandum, quemadmodum dicitur (Deut. XIX.29.) & facies illi (testi) quemadmodum cogitavit facere fratri suo, ex regula, quod frater est ipsi similis; quid est frater ejus? filius fœderis (Israëlite, seu ejusdem Religionis assecla) etiam testis debet esse filius fœderis, (Atque) binc arguento à minori ad majus concluditur etiam*

etiam Cuthæos (ad dandum testimonium esse illegitimos) si  
(enim) servi, qui tamen partem præceptorum, (præcepta nempe  
Noachica) receperunt, sunt illegitimi, annon multò magis Cuthai?  
Unde & verba Mischnæ Rosch hasschana cap. II. m. i. In  
initio recipiebant testimonium de novâ Lund à quocunque homine,  
Jom Tobh æquè ac Maimon. in kiddusch hachodesch cap. II.  
§. 2. disertè explicant מכל אֶתְמַתְמָרָאֵל de quocunque ex Israële.  
Imò adhuc ulterius progrediuntur & nequidem Israëlitæ  
Epicuræos aut hæreticos, (quibus titulis Sadducæos, Bai-  
thosæos, Karræos, & quotquot cum his traditiones rejiciunt,  
insignire solent) sed tantum Israëlitæ de quorum  
ingenuitate Synedrio constet, ad testimonium admittunt.  
המוסרים והאפיקורוסין Maimonid. hilch. Eduth c. XI. §. 10.

לא הזכיר חכמים למנוחן בכלל פסולי עדות שלא מנו  
אלא רשי ישראל אבל אלו המורין הכהורות פחותין

Apostatas & Epicureos non necesse ducunt sa-  
pientes numerare inter testes illegitimos, quia non recensuerunt nisi  
impios Israëlitæ: Hi autem rebelles & fidem abnegantes deteriores sunt  
Cuthæis, & Roseh hasschana cap. II. m. i. atque Maimonid.  
בראשונה היו מקובלין (in Talmude f. 22.a.)  
חרקינו שלא וזה apud Maimon. Antiquitus acceperunt testimonium ab  
unoquoque (Israëlitâ, ut docet Maimon.) ex quo autem (omnia)  
perverterunt Hæretici (in Talm. Baithosæi, apud Maim. Epicurei) con-  
stituerunt ne amplius reciperent illud, nisi ab hominibus probè notis, vel  
ut Maimonid. אלא מעדים שמכירין בית דין אותן כשרין nisi à testimoniis quos Synedrium nosset esse probos. Ut jam silentio  
præteream, quod neque Reges, neque homines Idiotas,  
cum pluribus aliis, nisi sub certis conditionibus admitterent,  
de quibus videri potest Maimon. hilch. Eduth. cap. XI. Ex  
quibus omnibus evidens est, tot restrictionibus Traditiona-  
rios hic omnia limitasse, ut quemadmodum verè monuit  
karræus meus, rem à Synedrii arbitrio penitus depen-  
denter fecerint. Contrà autem karræi, requirebant tan-  
tum

tum, ut testimonium ab istiusmodi hominibus perhiberetur, in quos cum ratione, nulla erroris aut fraudis suspicio caderet. Unde tales cujuscunque ceteroquin conditionis essent admittebant, & etiamnum admittunt, & inter illos quod mireris' etiam ipsos Ismaëlitas aut Muhammedanos numerant exclusis tantum Judæis Traditionariis, quia hì diversam planè ab iis sententiam sovent. Adferri mereatur insignis locus, quem ex Msc. karræi cuiusdam, quod R. Eliæ Ben Mose, Addereth Elijahu est (ut ex Wolf not. ad notitiam karræor. p. 146. seqq. coll. Trigland. cap. VIII. p. 109. seqq. patet) adduxit Eruditissimus Cudworthus de verâ notione Cœnæ Domini cap. III. §. IX. & paucis omissionis aut mutatis Seld. de A. C. c. XIV. התנאי השני של ר' לוי

וניה חלוק בראתו בקרוש ההרש מראת חכמיינו וחנה מות הצר ראוי לקל ערות היישמעלים מפני שם הולכים אחריו דעת אחכינו בעניינו הראייה וברוב הומנום אנו שווים עליהם ואין ראוי לקל לנו ערות הרבנות מפני שם חלוקם מכם ואעפ' שאחינו ובשרנו הם אמנים בוז מרנו ועצנו את

روح קדשו alterum quod (in ejusmodi teste requiritur) ne opinionem soveat circa consecrationem novilunii à sententiâ Sapientum nostrorum diversam. Atque ecce ex hoc capite licitum est accipere testimonium Ismaëitarum, quia hi sequuntur sententiam Sapientum nostrorum in negotio פָּרָשָׁה, וְ plerumque nobis cum illis convenit. Non autem licet nobis accipere testimonium Rabbanitarum quia hi a nobis dissentunt, וְ licet sint fratres nostri וְ caro nostra, verè tamen bac in parte rebellarunt, וְ contristârunt Spriritum ejus Sanctum. Idem autem Selden ex eodem libro addit Rabbi Levi Karræum ne Rabbanitarum quidem aut gentium, vel Christianorum testimonium rejicere quando ita pergit,

אמנם רחכם רבי לוי אמר ואם יגיד לנו מי שנקריב כי רכריו אמר בין מהרבנים או מהגויים כבר נתחייב علينا שנשתמר i.e. Seleno interprete: Attamen sapiens Rabbi Levi (Scripturarius) ait, si quisquam mortalium nobis indicaverit, id quod verum.

( 35 )

verum est, seu vero ita proximat, ut probabile videatur, sive is ex Rabbinis illis fuerit, sive ex Gentilibus seu Christianis, debere nosjuxtā rem observare. Quod tamen Eliæ ipsi displicere Sel-denus addit. Circa numerum quoque testimoniū, non planè consentiunt: Rabbini enim ad minimum duos requirunt, v. Maimon. Kidd. hachod. cap. II. §. 1. Sed karræi, saltem plerique etiam unicum admittunt, ut ex eodem Elia Ben Mose Seldenus l. c. docet.

3. Circa testimonium ipsum quoque inter illos minimè conveniebat. Rabbanitæ enim illud summâ curâ ad calcu-los astronomicos examinabant, ut deprehenderent utrum illis conveniret nécne? Quem in finem Synedrium Hiero-solymis in atrio quodam magno, Beth Jaefek dicto, consi-debat, & testes advenientes interrogabat, quomodo no-vam Lunam vidissent? num ante vel post solem? septentrio-nem aut meridiem versus? quanta fuerit ejus altitudo? quorsum inclinata esset? quanta esset latitudo ejus? &c. v. Rosch hischana cap. II. m. 5 & 6. & Maimonid. kidd. hachod. cap. II. §. 4. seqq. karræi autem nihil amplius con-sulebant, quâm Canones quosdam astronomicos, de quo-rum indubiatâ veritate, ex ipsis naturæ Legibus & quotidianâ experientiâ constaret, quales sunt, quod si à con-junctione Solis atque Lunæ, usque ad Solis occasum tantum  $1\frac{1}{2}$  horæ seu  $13\frac{5}{6}$  à conjunctione ad tertiam, quam voca-bant, vesperam, intercederent, Luna nova nunquam con-spici posset, inde autem ab horâ  $1\frac{1}{2}$  usque ad  $25\frac{1}{2}$  à con-junctione, aut à  $13\frac{5}{6}$  seu vesperâ tertiatâ usque ad  $27\frac{1}{2}$  aliquando pro diversâ motû celeritate, aut latitudine boreali vel australi, videri queat, aliquando non, ab hoc verò ter-mino & ulterius certò conspici posst, nisi aëre nubilo im-pediatur: seu quod eodem recidit, si inter solem & Lu-nam intercipiatur arcus 8 grad. & 10. min. phasis nulla accidere, si arcus 8 gr. & 10. min. major usque ad 14. gr. accidere vel non accidere, si 14 gr. aut amplius, certo accidere queat, ut ex R. Elia karræo apud Selden, de An-no Civ. cap. XIII. patet. In priori igitur casu determina-

E 2

bant

28.

29.

30.

31.

bant Lunam non posse esse visam, in altero attendentes, ad gradus latitudinis aut diversam motū Lunæ celeritatem, testimonium, de conspectu novæ Lunæ proprius examinabant, & prouti instituto calculo convenire deprehenderent, pronunciabant, in tertio verò in testimonio perhibito nudè acquiescebant diémque sanctificabant; cùm contrà Traditionarii, licet Luna posset esse visa eānque rem testes denunciarent, minimas calculi Astronomici minutias, & per incertas hypotheses aut supputantis incuriam lapsumve minus fidas, sectantes, ubi non omnia his convenire existimarent, certissimum testimonium rejicerent, & consecrationem novilunii integro die different. v. Selden. cap. XIV. in fin.

4. Circa tempus, quo Luna nova videri debebat, ut novilunium figeretur, admodum etiam discordes erant. Traditionarii requirebant, ut nocte diem XXIX. sequente, & XXX. incipiente conspiceretur, atque hanc appellabant וְרֹחֶשׁ שְׁנָרָח בְּמִנְיָה Lunam visam in tempore suo. v. Maimon. Kidd. hachod. cap. I. §. 4. quod si hac nocte non videretur mensē intercalabant, diémque sequentem XXXI. demum initium novi mensis faciebant. vid. Comment. ad Maim. I. c. §. 3. & conf. Gem: Rosch hasshana f. 22 b. At Karræi, licet adhuc sub finem diei XXX. duabus aut tribus horis ante solis occasum cerneretur, hunc adhuc diem consecrabant, atque adeò iterum integro die citius quà n Rabbaniṭæ mensē incipiebant, ut ex Elia Ben Mose inculcat Selden. cap. XII.

5. Ante omnia verò circa ipsum proclamationis tempus maxima erat controversia. Rabbanitæ enim licet totum Synedrium aut universus Israël jam vidissent novam Lunam ut idonei testes ejus rei testimonium perhibuissent, tamen si non satis temporis reliquum esset ante occasum Solis Nomeniam proclamandi: nihilominus illum diem prætermittebant, & sequentem demum primum novi mensis declarabant, ut ipsi disertis verbis docent in tract. Rosch hasshana cap. III. m. i. רְאֵהוּ בֵּית רַן וְכָל יִשְׂרָאֵל נַחֲקְרָנוּ חֻרְבוֹת

... 37 ( ב' ב' )

**הערים** ולא הפסיקו לומר מקודש עד שחשיכה Hari ות  
 מעובר Si vidisset Synedrium aut universus Israël, aut testes explorati essent, tempus autem non sufficeret ad dicendum sanctificatus est ant. quam tenebre oborirentur, ecce mensis siebat intercalaris, cui scil. ille dies adhuc adjiciebatur. Eadem paulò uberior leguntur apud Maimonid in kiddusch hachodesch cap. II. §. 8. Imò adhuc proprius ipsi Judæi Traditionarii determinant, quod licet antiquitùs per totum diem acciperent testimonium tamen deinde stante adhuc templo statuerint, illud non amplius accipiendum esse, nisi usque ad tempus oblationis sacrificii vespertini. Rosch haſſchanā cap. IV. m. 4.

הו מקבלין עדות החודש כל הוות פעס אחרת נשתחה הערים מלכוא ונתקללו הלוות בשיר התקינו שלא יהו מקבלין אלא עד מנחה ואם באו הערים מן המנחה ולמעלה נהגין אותו הוות קרש ולמחר קרש: Olim accep-  
 runt quidem testimonium de novâ lunâ per integrum diem, verū accidit aliquando, ut testes venire cunctarentur, & Levite idcirco errarent in cantico. Idcirco constituerunt, ne acciperent testimonium nisi usque ad tempus oblationis sacrificii vespertini. Quod si venirent testes a tempore sacrificii vespertini & serius, illum diem sacrum transigeabant & crastinum quoque. Ita scilicet ut priori quoque jam ab omni opere cessarent, sed tamen non constituerent initium novi mensis, verū priori ad ecerent, ut docet Partenoriensis. Idem distinctius tradit Maimon. in hilch. kidd. hachodesch. cap. III. §. 5, 6.

6. Tandem sequitur ipsa solemnis promulgatio, quæ post sollicitum examen, eâ ratione siebat, ut Præses Synedrii exclamaret consecratus est vel esto! & populus eandem formulam ingeminando responderet. Rosch haſſchan. cap. II. m. 7.

ראש בית דין אומר מקורש וכל העם עונן אחרין מקודש מקורש  
 Præses Synedrii exclamabat, CON-  
 SECERATU\$ EST (vel) ESTO! & totus populus respondebat  
 CONSECERATU\$, CONSECERATU\$ EST! & Maimonid.  
 E 3 kidd.

אחריו בן אחר שתקיין הערות kidd. Hachod, cap. II. §. 8.  
 ראש ב' אומר מקורש וכל העם עניין אחריו מקורש  
 מקורש Post hæc, post testimonium (nempe) ritè confirmatum,  
*Præses Synedrii proclamabat consecratus esto!* Et universus populus  
 respondebat CONSECRATUS EST, CONSECRATUS  
 EST! Hanc Synedrii proclamationem, Traditionarii adēd  
 necessariam fuisse statuunt, ut ab illâ solâ novilunii constitutio  
 nem dependentem faciant. Unde modo num. i. & 5. audivimus,  
 Si vel ipsum Synedrium vel universus Israël vidisset lunam  
 novam aut testes idonei eam nunciassent, neque tamen  
 Synedrium id solemini ritu deelarasset, diem illum præter  
 mitti, & præcedenti mensi adhuc jungi. At omnem peni  
 tus modum, omnésque æqui ac justi limites excedit, quod  
 Maimonides ex eorundem Traditionariorum mente incul  
 cat in kidd. Hachod, cap. II. §. 2. Scil: quod si testes dein falsi  
 reprehensi essent, tamen ob promulgationem à Synedrio factam, novi  
 lunium consecratum maneret; maximè vero quod subjugavit §. 10.

בית דין שקבעו את החדש בין שוגני בין מוטען בין אנוסין  
 חרי זה מקורש וחיבור הכל לתקן המודעות על הירח  
 שקבעו בו אף על פי שהוא יודע שטוע חyb לסמך על יהדות  
 שאין הרבר מסור אלה להם ומפני שצוה לשמר המודעות  
 הוו צוה לסמך על יהדות שנאמר אשר תקראו אתם וככ:

Si Synedrium consecraverit Novilunium, idque ita ut vel ipsum erra  
 verit, vel in errorem ductum, vel coactum sit, nihilominus tamen  
 consecratum est, omnésque obligati sunt, ad festa tempora ordinanda  
 secundum hunc diem, quem consecravit: Et licet quis sciret illud er  
 rasse, nihilominus obstrictus est, ut ejus sententiâ acquiescat, quia res  
 non est commissa nisi Synedrii collegis. Et qui præcepit observare festa  
 tempora, idem etiam jussit, ut illis acquiescant. Quemadmodum scri  
 ptum est (Lev. XXIII. 37.) que promulgaveritis vos, &c. Et  
 licet idem fateatur, si factâ à Synedrio mensis intercalatio  
 ne, post quatuor aut quinque dies advenirent, qui Lunam  
 novam justo tempore à se vilam assererent, aut si etiam sub  
 finem Mensis tales comparerent, qui factâ territione idem  
 nihil-

nihilominus constanter affirmarent, & testimonium suum probabile redderent, Synedrium priorem sententiam mutasse, tamen rem tot iterum difficultatibus involvit, ut tota arbitrio Synedrii permittatur, imò tandem & Synedrio facultatem concedat, si necessitatem quandam videret, rem contra disertum testium estatum, in pristino statu relinquendi mensēmque, uti primum illum declaraverat, intercalarem retinendi. v. Maimon. ibid. cap. IV. §. 15. seqq. Hæc autem utraque num. 5. & 6. memorata, ut falsè cum totâ illa enormi Synedrii Auctoritate rident Karræi, ut ex loco §. X. patet, imò Auctor MSC. mei Respons. ad Obj. I. inter specimina recenset, quibus Rabbanitæ Legis literam perversint, ita illis penitus negleguntur, diem præcedentem ut legitimum unicè observabant.

## §. XIII.

Vides h̄c B. L. vel sex modos quibus evenire potuerit, ut Traditionarii uno die serius initium novi mēnsis constituerent, quam Scripturarii. Pone enim Synedrium calculo subducto judicasse, nondum posse videri novam Lunam, atque adeò in hanc rem ne quidem inquisivisse, aut rem ad ejus cognitionem non pervenisse, vel qui eam vidissent ex. gr. aliquem Scripturiorum se ejus judicio sistere noluisse, pone testes non inventos esse omnibus illis requisitis præditos, quæ Rabbanitæ desiderabant, pone testimonium ipsorum calculo à membris Synedrii instituto non per omnia convenisse, pone Lunam non nocte sed sequenti die XXX, visam esse, pone non satis mature testes accessisse, præterim si paulò longius absuissent, pone Synedrium errasse aut in errorem ab aliis ductum esse, aut aliis de causis consecrationis proclamationem, solemnis formulæ pronunciatione, in diem sequentem distulisse; Scripturarios autem per indoneos testes denovæ Lunæ consperitu certos esse redditos & neque intricatos incertosque sepe calculos astronomicos, neque Synedrii hac in parte auctoritatem curantes, ipsum illum quo Luna visa erat, diem, primum novi mēnsis constituisse: in omnibus his casibus

*Conclusio  
ex his  
omnibus:*

28.

29.

30.

31.

casibus qui ipsis primus mensis dies erat, integri diei spatio, eum quem Traditionarii proclamaverant, præcedebat, atque hinc necessariò etiam XVmus ejusdem mensis, quo Paschatis solemnia incidebant, XVmum Rabbanitarum integro die antevertere debuit. Plura addere possem, verùm cùm ea ad nimis operosas & intricatas disputationes nos deducerent, quæque adduxi abundè sufficient, ad id quod in quæstione erat, scilicet plus uno modo Servatorem cum magnâ Judæorum parte, integro die citius Synedrio quique ejus auctoritatem sequebantur, Pascha suum comedere potuisse, extra omnem dubitationis aleam ponendum, meritò illis acquiescimus. Qui autem fortè adhuc, contra haec tenus à nobis demonstrata, subnasci possent scrupuli, illos, ne Prior Dissertationis hujus Pars in nimis magnam excrescat molem, Secundæ, intra paucos dies, ἵαντον οὐκέτι περισσός τελείων καὶ ζητώμεν, secuturæ reservabimus, datâque operâ penitus eximere conabimur.


Καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα!



Index.

1. Io. Henr. Schmid (Prof. I. F. Baumgarten) de Tentatione Christi in Deserto. Matth. VI. 1 fgg. Marc. 1. 12 fgg. Luc. 11. 5 fgg.
2. Phil. Laur. Léon (Prof. D. N. Wolf) de Integritate S. Codicis ex Matth. V. 18.
3. Phil. Melch. Süter (Prof. eccl.) de Cod. Augu.
4. F. D. Michaelis de Battologia ad Matth. VI. 7.
- \* 5. Io. Godofr. Angerus de Antiquitate Sogodoyias in oratione Domini. ad Matth. VII. 13.
6. Chr. Sig. Georgius de Uno Incipio ad II. Matth. VI. 24-34. & Luc. VII. 11-17.
7. Io. Georg. Michaelis de Seni spirituali Temporibus maris à Christo sedata ad Matth. VIII. 28-27. Marc. IV. 35-41. Luc.
8. Chr. Lud. Stollus de Christianis sonne Baptista majoribus. ad Matth. XI. 11.
9. Fr. And. Eulali in Parabolam Matth. XX. 1-16. de Operariis in Vine.
10. Io. Mart. Chadenius de Cardine Legis & Prophatarum. Matth. X. 21. 40.
11. Io. Sac. Greiff de Oraculo Christi contra pericantes culicem & deglubentes camelum ex Matth. XXIII. 24. \*
12. Andr. Kunadus (Prof. F. G. Neumann) de Praenoto Evangelii ante dico exprimit foliorum itando ex Matth. LXIV. 14.
13. Laur. Reinhardi Observationes in Evangelium S. Marii.
14. Andr. Chr. Fabri de Ignoratione Scripturae ab Potentia Dei, cui causa errorum ex Marc. XII. 29.)
15. Laur. Reinhardi Off. in Evangel. S. Lucie. (Partim 11. 10. f. 11. 12. habet Tercio. II. 3. B. 1. T. 1.)
16. Io. Gottl. Sachmanni Speculum observationum in Dedicationem Evangelii secundum Lucam.
17. a. Chr. Matth. Hoffm Compendio ad verba Christi Luc. XIV. 23. Compelle ad intrandum.  
b. \_\_\_\_\_ ad Matth. XIII. 24. fgg. de Zizaniis non ceduleis.
18. Joseph. Henr. Pries de verbis confortacionis angelica. quo justa Luc. XXII. 43; patienti Servatore obijit.
19. Laur. Reinhardi Off. in Evangel. S. Joannis.
20. Anton. Matth. Schamachet. Applicatio principiorum quoniam Logicas & Metaphys. ad Finem de Persona Christi et dogmatis Lutheri  
reborum Joh. I. 14. & Apoc. 6. 13. Episcopo episcoporum.
21. Io. Wilh. Löperus in loc. Joh. VI. 45. coll. &c. L. 18. 13. cum parallel. Forum. XXXI. 33. 34. & 1. Joh. II. 20.
22. Fr. Ulr. Walterus de Seni oraculi Servatoris nostri Joh. XVI. 26.
- \* 23. Io. Georg. Weberi Θ AMHN KAI TO AMHN.
24. Io. Georg. Walchius de Vaticinis Christi Prophetar. \*
25. Dijespoli Commandatice (Programma.)
26. Conr. Henr. de Tempore celebrato a Servatore ultima corona pastoralis. Bifff. prior.  
27. \_\_\_\_\_ Bifff. posterioris Pt. R. 11.
28. \_\_\_\_\_
29. \_\_\_\_\_ de eod. Argumento contra Gutium & Anonymum Hamburgensem.
30. Io. Lahode de die & anno ultimi Baptatis Christi.
31. de Apparitionibus Christi post resurrectionem in coelum. (Progr.)


○














a habuit, id quod menti obuersabatur. Inde icere poterat, esse istum, qui ipsi adparuerat, in oreum eorum, quae clanculum, ut opinabatur, itineris comitibus agitabat, quod magnam ad adendam diuinam reuelationem vim habuisse, ne-on videt. Agnoscebat eum *καρδιοσύνη* &, quod quens est, scelerum vindicem. Metu igitur iuercussus, qnidnam ipsi faciendum fit, exquirit.

Mandato paret, abit in urbem, praestolatur preces Ananiam viso oblatum, qui sibi manum nat, vt visum recipiat v. 12. Venit Ananias divisione excitatus; inuisit Paulum, in vico recto Iudee cuiusdam, latitantem & ieunantem tri-denarrat sibi visa & quae ei in via contigerint; iniicit visus, quo orbatus erat, recuperandi: dispondet euentus, disiiciuntur nebulae, tanquam nmae, visum in continenti recipit ille v. 17. Visio visione comprobatur; miraculum accomissum. Qui poterat aliter Paulus, nisi vt vi-ad sensum praebaret indubitatum? Praebuit & ns baptizatus est, donis spiritualibus quoque, quod habet dubitationis, cohonestatus, v. 19.20. I Cor. v. 18. Breibus vt rem complectamur, ea omnia nenta, quae pro Christi corporis oculis a Paulo eritate & adferri solent & possunt, ad mentis ym quoque optimo iure transferenda sunt. (o) Hisce nentis ipse persuasissimus eandem veritatem aliis adere & ad reliquas visiones pro diuinis recipientiis erat. Quod reliquum est ipse Paulus praeiuam, qua, gloriari posset, edicens, non visionem, ab oculis pendet, sed raptum in tertium vsque coelum

(o) Vide, quae inter alios Commentatores, LIMBORCHIVS in me-dium protulit l. c.